BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVI D 8382

MARIANI SANCTI BAROLITANI MEDICI CLARISSIMI DE LAPIDE RENUM CURIOSUM OPUSCULUM NUPERRIME IN LUCEM ÆDITUM.

EIUSDEM DE LAPIDE VESICÆ PER INCISIONEM EXTRAHENDO SEQUITUR AUREUS LIBELLUS.

ANNO. M. D. XXXV.

35.978

Marcellus Palingenius Stellatus ad Lectorem.

Poenio tu qſquis eges medicamine, & optas,
Veſicæ & renum calculus exiliat:
Ecce liber, liber ecce tibi, qui proderit: & te
Haud mora lætitiæ reſtituet ſolitæ.
Non opus eſt Delphos, Epidauria ve atua reqras,
Vt, quo torqueris, decutias lapidem.
Appulus hoc Marianus aget, qui condidit iſtum,
Quem ſpectas librum, conſulat vt miſeris.
Nẽpe bonus, nẽpe eſt haud paruo dignus honore,
Qui ſtudet, vt miſeris afferat auxilium.
Non ſolum nobis, aliis quoq; naſcimur: illum
Fama canet, multis commoda qui tribuet.
Ergo hic iure liber vitam, laudemq; meretur,
Cuius tanta palam cernitur vtilitas:
Quem prudens lector mercare & perlege, habebis
Ingentes paruo diuitias pretio.

Ad Lectorem.

Pagina quid ſapiat breuis hæc, ſi forte, requiris.
Verſibus en Geminis, lector amice, damus.
Veſicam, Reneſq; grauis cui calculus intra eſt.
Ne pereat, noſtri ſentiet artis opem:

BIBL. ZN. IM. OSSOLINSKICH
XVI.O.8382

EXCELLENTISSIMO ARTIVM & medicine doctori domino Siluio Laurentio a portu Caballensi Marianus sanctus barolitanus medicus. S. P. D.

Cum mihi contigisset Silui carissime, omniũq; disciplinarum refertissime ab epidauro Rhagusio nunc dicto Maria transfretãdo, montes ascẽdendo, flumina tranando, Perusiam seditionum grauidam comigrare, ibiq; non nullos meorum precipuorum amicorum conueniissem, in quorum numero vnus artium & medicine doctor excellẽs magister Fabius francolinus, & alter excellens medicus Nicolaus Antonius panarellus monopolitanus, & alius magister Paulus de rastellis ariminensis extitere, qui me maxime rogare cęperunt, cum nostrum lectitassent libellum aureum de lapide a vesica per incisionem extrahendo intitulatum, ne sibi mancus esse videretur, vt, quando mihi vacauerit, etiam de lapide renum eorumq; curationes pertractare liceret, innuí, quando satis honesta videbatur eorum petitio multisq; etiam profectura, inscripsi tamen ad eorum præces, prout doctrina, & experientia me dictauere. Quoniam satis compertum habeo, doctrinam sine experientia mẽdatium esse, & experiẽtiam sine doctrina fallatiam. Indeq; fieri mendaces, qui sine experientia doctrinam profitentur, & fallaces, qui sine doctrina experiuntur. Inscriptum non nulli legere, & cum legissent, animo pro

mulgandum fore conceperant, ne posteritas hoc munere priuaretur, cunq; obstare precibus eorum decreto non potui, existimaui fore corrigendũ, & emẽdandũ. Et quia tu mihi es tanq̃ oraculũ apollinẽũ, duxi ad te trãsmittendũ esse, vt, vbi foret opus asteriscũ feriendo, vel obeliscũ percutiendo, feriatur, & percutiatur. Nam si tua trutina libratum statarii homines legent, desinent fortasse maledicere, nisi innata fuerit illis maledicendi pertinatia. Quã obrem te oro, atq; obtestor mi doctissime Silui, ne uelis hoc amicitiæ munus aspernere tibi referendas ab aliis gratias ingentes parituru uale, meq;, ut soles dilige, Venetiis decimo sexto Klendas Iunii. M. D. XXXIIII.

SILVIVS LAVRENTIVS APORtu Caballensis clarissimo Mariano suo barolitano fælicitatem. D.

REmitto ad te tuum de lapide Renum, atq; Vesicæ Mariane priscorum medicorum decus doctum libellum, quem nuperrime non tam cognoscendi ad me, q̃ emendandi causa transmisisti, quem profecto ita, te iubente, quoad vires nostrę effunderentur, diligenter, accurateq;, & sine vlla reprehensione, sine vllo asteriſco, sine vlla nota percurrimus, & eo quidem libentius hoc fumus aggressi, cum facillime coniecturam fieri liceat, te hominem esse in hisce tuis secretariis scriptis variũ, doctum, multifarium, Tãta enim in eo est succosa rerum cognitio, quantum in nullo apud nostros nostri temporis esse aperte & constantissime contenderim, & sane haud obscure credimus. Quod hæc tua quisquis attente legerit, nisi homo omnino sit nauseosus, supercilios us, aut mẽte corruptus, plane perspiciet Marianum meum nõ minus scite, q̃ graphice de vtroq; lapide aureum scripsisse merito libellum. Qui sicut verbo dicitur, ita re ipsa aureus conspicitur. Nec iniuria si Fabius ille francolinus, & Nicolaus Antonius monopolitanus, ac etiã Paulus Ariminensis viri quidem in rep. licteraria non postremæ notæ publicæ vtilitati consulentes non putarunt opus in abstruso habendũ, immo te efflictim maturo iuditio, & latissima predicatione sunt hortati, vt hanc tandem tuam omnifariam, &

irreprehensibilem lucubrationem in excussotis officinam traderes, ego quoq, quod ad me attinet, ita tua admiror, & laudo monumenta litteraria, vt ea non modo æterna tui nominis fore confidam, verum studiosis, & candidis lectoribus mirum in modum continuo profutura. Exeat ergo tandem cum nostris etiam inuitamentis & felici sidere in lucem preciosus libellus. Nec turbæ metuas Matia ne litteratissime subire rhoncos, vale, & tuum Syluium, vt soles, ama. septimo idus Iulii a natali, Christiano. M. D. XXXIIII.

MAGNANIMO AC ILLVSTRI COmiti Guidoni Rangono domino suo dignissimo Marianus sanctus barolitanus artiū & medicinę doctor felicitatē exoptat.

QVantum pericli sit Illustris, ac magnanime Comes nostra hac tempestate aliorum se quemq̄ iuditiis exponere, non erit difficile cognitu, si mores hominum contemplaremur qui fucata magis simulatione, q̄ libera viuendi consuetudine funguntur. Obidq; a scribendi genere penitus diffideram, ne in maledicorum linguas incidissem. Quę vbiq; locorum non modo pullulant, sed etiam maledicendi prurigine scaturiunt, quodq; omnibus innotescit. Verum enimuero cum me abstinere non valeam, quando plures me amici precibus coegissent, vt libellum de lapide renum compilarem, nostroq; aureo libello de lapide vesicæ adiungendum, ac etiam tua illa amplissima, atq; antiqua heroica propago, cui multum debeo, ad id me capescendum adhortaretur sua claritate, iustitia, fortitudine, & liberalitate, animum adscribendum inducens spopondi sedulo me pro viribus esse facturum. Cum mecum ipse existimaueram, honorabilius fore amicorum precibus optemperare, q̄ inuidorum, atq; hypocritarum susurrationibus tergiuersari. Cum nemo adeo (meo quidem iuditio) in vita circunspectus sit, qui ab istorum liuoribus non inficiatur. Ego autem mecum resipiscens satis laudatum esse illum existimaui, qui

veſtri ſplendoris vmbra tegeretur. hac igitur ſpe animatus ad componendum libellum animum impuli, amicisq; tradidi, traditum promulgãdum deſtinauere. Ego vero, qui non ſum paſſus, vt ſine patrocinio in vrbe Venetiis vagaretur vndiq; male dicis referta, exiſtimaui ſatis corroboratum in medium proſilire, ſi tua benignitate decoratus ab illuſtri veſtræ proſapiæ ſplendore armaretur. quando cum verboſis: & maledicis non armis, ſed affabilitate, & benignitate ab eo erit dimicandum, quibus iratos, atq; maledicos deuincire ſoles. Namq; natura ad id te genuerat, vt mortalibus fores exemplũ dotibus animi, & corporis viribus. Nam qui veſtrã belligerandi ratiõnẽ armis emulari voluerit, regẽ, aut imperatorẽ eſſe oporteret, in quibus tantum excellit tua Illuſtris magnanimitas conſilio, & animi fortitudine, quantum ſol Radians inter planetas erraticos ſplendere videatur. Quamobrem ſub hac vmbra in vulgus prodire volui, nec propterea me audacẽ exiſtimari velim, quãdo humanitas tua, atq; affabilitas ad id patrandũ me coegerat, ſi hunc parnulũ inter veſtros famulos adſcribendum eſſe adiu dicaui tuę ampliſſimæ dignitati dedicatum. Licet indignus tanto ſplendore paruulus iſte videatur, nõ propterea aſpernẽdus eſt. Cũ regii mores ſemp fuere parua nõ ſpernere. Quã rogo, atq; obſecro, ne tali munere dedigneſ. Cum vbiq; locorũ, ac gentiũ fuus appellari geſtiã. Cũ ea, qua pollẽt, virtute oẽs cupiũt ſeſe dño ſuo gratificari. Ego autẽ cũ maximo tenear vinclo ſeruitutis, & aliam nõ habeã viã,

qua possim meam seruitutem ostendere, volui, & volo istum libellum tuę amplissime dignitati esse dedicatum, ut dantis animum cognoscat, quem si ęquo animo, & benigna fronte susceperit (ut spero) ad maiora me capescēda adhortabitur: illustri dignitati vestrę optemperaturum, quam deus omnium rerū opifex conseruet, & meliori sidere fecundet, sui mariani sancti deuoti non obliuiscentem, vale, diuq; felix viue.

LIBELLVS DE LAPIDE RENVM

Mariani sancti barolitani artium & medicinę doctoris excellentissimi fęliciter incipit.

OMnes homines, qui rerum omnium essentiā, complexionemq; indagare voluerint, summa ope niti deceret, vt compositionem eorundem solerti indagine inquirerent, inquisitamq; diuiderēt ad elementa vsq;. Eoq; modo fierent notę complexiones, quæ insurgunt in ea, quæ vel elementaria, vel artificiosa compagine corporalis machina constrtueretur. Quandoquidem cuiuslibet compositi ad sua elementa enodandi duplicem complexionē esse comperimus, quarum vna dicta est complexio prima in simplicibus proueniens a mixtione elemē torum inter se refractorum secundum gradum refractionum, quem deus omnium creator prouius cuiusq; speciei constitutione prefixerat. Alteravero complexio secunda, quæ & propria dicitur, proueniens ex partium mixtione, per quam vnum ab altero differt propriam speciei differentiā suscipiens, cum igitur nostra institutio sit de lapidis generatione cum nostris ratiocinari, foret necessarium de totius corporis humani plasmatione sermonē exquisitum contexere, vt cuiuslibet membri humani, & pręsertim renum complexionem indagaremus, sed quia philosophicam personam magis, q̄ medicam indueremur, ad eam igitur partem deueniendum esse censuimus. Quæ tantum ad medicum

pertinere videatur pro huius curatione affectionis corporis humani, supponendo complexionem humani corporis huius, vel talis sua natiuitate, methodo tali constitutam pro conseruanda, nutriendaq; sanitate, quæ, si infra, vel vltra suæ terminationis gradum vagaretur, affectiones malas corporis generaret, quemadmodum alterata renum complexio generat aliquando arenulas, aliquando lapidem, de quibus erit nostra ad presens sermocinatio. Verumtamen, quid sint arenulæ, prius erit a nobis diffiniendum, deinceps quid lapis, vt intelligatur, de quo sit nostra institutio. Quandoquidem, non quid alii dixerunt, aggregabo, vt grande aliquid feciſſe videar, sed quid operatus sum, & operor, breuiter describam. Nec ideo reprehensione dignus ero, cum tot sint simplicia, & composita, non tantum ab Auicenna, sed etiam a doctissimo Galeno pro huius molestissimæ egritudinis remedio numerata, cur mihi tam pauca scribere libuerit. Non aliam ob causam id feci, nisi perteſus infirmorum pericula, & remediorum confusionem ad inuicem contrariorum, volui longam eorumdem seriem cum paucorum probatorum vtilitate compensare pro renalis lapidis eductione. Vnde sic anothomia renum relicta, quando in ipsis incisionem fugimus propter pericula, & sęua accidentia, quæ in operatione solent accidere, exordiamur a renularum tantum generatione, quæ sunt materia non solum renalis lapidis, sed etiam vesicalis, vt infra dicetur.

SVnt enĩ arenulę corpora q̃dã arida parua, quę ab hęrẽdo, uel arẽdo dictę fũt, ex caliditate ſuperflua renũ, & flegmatis aduſtione ĩ humano corpore genita ĩ renibus, uel in uiis renũ, quę emulgẽtes dicuntur, ortũ habentes a vena chili, quarũ quę libet ad renum concauitatem protenditur a parte ſuperiori, a parte uero inferiori veſicã verſus oriũtur duo pori vritides dicti, qui ad veſicam terminantur. Quem admodum dicetur in anothomia veſicę, ubi inciſione opus erit. Dictę autem arenulę a ſimilitudine, quam cũ maritimis arenulis habent. Nulla eſſet enim uero nominum egritudinis diuerſitas, niſi vno ſeptem modorum appellaretur, quos primi inuentores egritudinibus nominãdis impoſuere, ſcilicet a mẽbro, ab accidente, a cauſis, a ſimilitudine, a curatore, ab eo, qui talem primum paſſus ſit ęgritudinem, a ſui ſubſtãtia, & eſſentia. ut refert Auicẽna in ſen ſecunda primi libri doctrina prima capite octauo, accipiens quidem a ſuo doctiſſimo preceptore galeno in ſecundo terapenticę, vbi omnia facundiſſime recitat, tanq̃ docens, non autem vt aggregans, ut Auicẽna fecit. Et quoniã nihil, quod preter naturam eſt, in corpore humano fit abſq; cauſa, ut galenus primo terapenticę aſſerit, iccirco earum cauſas inquiramus quę, & quot ſint. Quarum eſſe dicimus materiam, & efficientem, ut placuit etiam Auicennę in tertio libro ſen. xviii. Capite de lapide renum dicenti. Lapidis generationem non compleri, niſi ex materia patiente, & virtute agente. Materia vero bipartita eſt in pro-

pinquã sc3, & remotam. Propinqua autẽ earũ patiens est humiditas viscosa flegmatis, aut saniei aut sanguinis aggregati in apostemate. Verũ tamẽ ab hoc rato fit, ut eidẽ Auicennę placuit, accipiẽti fortasse a galeno in. xiiii. terapenticę dicenti. Ad eundẽ modũ & calculi generantur in renibus, asso scilicet in his grasso, glutinosoq; succo. Remota vero propinquam conseruans sunt cibi, & potus flegmatis generatiui, circa quorum emendationem maxime erit inuigilandum, quandoquidẽ, quicquid erit causa causę, erit etiam causa causati, maximeq; si complexio epatis ad hoc ẽt iuuerit. Nõ enim tantum opinamur esse credendum, ut contrariũ generare non posse arbitremur: utq; Aui: in capite de qualitate generatiõis humoris dicit. Neq; oportet, ut sit credulitas, quod oĩs cõplexio sibi generat simile, & non sui contrariũ per accidens, licet non sit per essentiam, complexioni enim multotiens accidit, ut contrarium generet, frigida nãq; complexio, & sicca, plerunq; generat humiditatem extraneam, non propter conuenientiam, sed propter digestiuę debilitatem. ideoq; astu cauendum erit ab iis, qui causa huius humiditatis grosse uiscosę flegmatis esse poterint, quales sunt cibi lactarii, recensq; caseus, & carnes grosse, & presertim magni corporis, quales dicimus esse bouinas vaccinas, bubalinas, hircinas, caprinas, porcinas, nec nõ aues palustres, & siluestrium animalium succos grossos, quales fiunt ex ceruis, non nulla ue alia animalia, quæ humano esui sese pabulis non ex na

BIBL. Z.N.IM. OSSOLINSKICH

tura, sed ex hominum. Iurcositate exhibuere. Accedunt etiam & pisces omnes, presertim squamis carentes, quorum succi multas egritudinum species fouent. Quod animaduertentes veteris legis fautores, in quorum tutela populus duræ cerviicis extiterat, ne talium esu corrumperetur, sub titulo penæ omnipotentis dei indignationis tulerunt esse omnimodo a talibus abstinendum. Subsequuntur non nulla olera, quorum succus est sanguinem, vel ingrossare, vel adurere, qualia sunt cepe, alia porri, eruca, sinapis, lactuca, & atriplex, & piperata omnia, & cætera id genus, causæ humorum adurendorum. Quid dicam de pane nedum crudo, verumetiam & azimo? de pastillis? de farinacea ptisena? de fructibus acetosis difficilis digestionis, & mali chimi? & de malis immaturis? & de nauseatiua replectione? causis quidem malorum, crudorum ve humorum generandorū? nedum in pueris, sed etiam in iuuenibus, & senibus, quidnam de aquis turbidis, & grossis? quid de vino nigro, & grosso? presertim debili existente digestione propter debilitatem virtutis digestiuę, & propter multitudinem eius, quod sumitur, & desttuit virtutem, & propter malitiam ordinis, & exercitii super replectione. Quid enim de mutata, & prandēdi, & cenandi consuetudine dicam? Quando consuetudo sit in nobis altera natura? Cum maximū periculum, & nocumentum imineat illis, qui prandere, & cenare in die assueti sint, & non prandent. Non enim natura repentinas, atq; instantaneas sub

stinet alterationes, quod facile est comprehendi vt hypo. refert in secundo regiminis acutorum, Mala namq; dieta cibi,& potus,quæ secundum similem fit,securior est in omni tempore tueri sanitatem,q̃ ea, quæ melior est, si in ea mutatio subito fiat. Deficerent nempe,si a solito vsu in alium subito traducerentur,vt placet Hypo.in eodem libro dicenti. Qui semel, vel bis in die sumere cibum consueuere,si a solito vsu in alium subito mutentur, nocumentum eis generat, & defectionem, quibus autem non est consuetudo prandere, & prandent, mox deficiunt, & grauantur, corpora eorum ac torpent, atq; molliscunt si cenant, post eructuant acidum. Alii autem sunt, qui naturæ molliciem patiuntur,propterea q; stomachus eorum contra cursum suæ naturæ grauatur, cui videlicet exhinanitio fuerit assueta, non autem bis impleri, & bis digerere possunt in die. Similiter autem, & qui bis in die comedere consueuere, si prandium dimiserint, corpora eorum in se deficiunt, atq; ab omni opere exeunt, precordia dolent,adeo vt eorum viscera sibi suspensa videantur, vrina colerica, viridisq; coloris, stercus incensum. Quidam autem oris amaritudinem, oculos obductos, tempora formicantia, frigidos sentiunt articulos. Quæ accidentia, siquidem etiam sanis contingunt ex mutatione dietæ diei mediæ, in contrarium quam solebant, iustum est apud me, vt ne quicquam in egritudine subiungatur, aut subtrahatur, multaq; alia, vt diximus

in commento de caluarię curatione, ĩ capitulo de ordinanda dieta, ad quod reccurrere poteritis, si eo indigueritis. Indeq; patet quam sit erronea phi sicorũ, & pręsertim Matthei curti preceptio assue tam & prandendi, & cenandi consuetudinem im muttare. Quę quidem omnia sunt quandoq; mate ria, sanies vlcerum in renibus aut aliis, & pręsertim si retentor materiei in renibus, exiſtens esset debili tas virtutis expulsiuę, propter complexionem, aut apoſtema calidum, & herisipillam, & ulcera in re nibus, aut conſtrictio, & retinentur in eis superflui tates residentes omnis aquoſitatis, quę prouenit ad eos, & quicquid esse poterit flegmaticorum hu morum causa generandorum sicut legumina fe re omnia.

VIrtus nẽpe agẽs est caliditas egressa ab ęqua litate, qua propter renũ tẽperamentũ dispro portionatur ab ea. quę est secundum naturam, cõ sistentia. Quandoquidem sit ostensum a galeno in primo terapenticę. Vnam quãq; rerum talẽ esse, qualis est propter calidi, frigidi, humidi, & sicci tẽ peramẽtum. Verum enim uero caliditatẽ ab ęqua litate egredi duobus quidem modis contingere poterit, primo enim si aliquis gradus caliditatis vl tra renum caliditalis temperamentum adderetur, ab ęqualitate egredi diceretur caliditas renalis pro pter vehementiam caliditatis sibi addite. Ifteue ca liditatis exceſſus aut est seperabilis, aut in separabi lis, si autem inseparabilis fuerit, illud erit a princi piis intraneis naturalibus sibi coeuis, qui curatio-

nem

nem minime recipit. Si vero ſeparabilis, dicetur caliditas accidentalis aut propter intemperatũ aeris calorem, aut propter laborem, aut propter aceptionem calefacientis, aut propter oppilationem ſuperfluitatum agregatarum, aut propter frigus cõſtringens per antipariſtaſim dictam per contra operantiam, aut apoſtemata oppilantia frigida, & dura, aut propter comitatẽ membrorũ propinquorũ, ſicut inteſtinorũ, & aliorũ, aut propter renum cõplexionem, ex qua in eis accidat oppilatio, & deniq; omne inordinatũ exercitiũ, preſertim quando cum eo inordinata fames tolleratur. Secũdo modo fit per ſubtractionẽ gradus caliditatis, & hoc quidem dupliciter contingere videtur. Aut enim ex ſe ſcilicet a propriis principiis naturalibus intrinſecis lobtunditur caliditas. Aut frigiditas maiorem ſuper caliditatẽ habuerit proportionẽ, vnde apparebit calidatem diminui, non q̃ diminuatur, ſed quia ſuũ contrariũ ei dominetur per qualitatẽ, quã ex membrorũ propinquorũ comitate nanciſcitur. Sicq; erũt duæ virtutes agẽtes, caliditas, & frigiditas. Si enim frigiditas in congelando nõ ageret, & caliditas in exiccando ociosa eſſet, per temperamentũ nempe qualitatis caliditas ſuperabundans dicetur agere, a quo etiã & complexio calida nominabitur, quæ ſi ſola vagaretur, compoſiti molem exureret. Eodẽq; modo frigiditas ſuper temperamentũ qualitatum abundans aget, & cõplexio frigida pethibebit, nõ q̃ in tali cõplexione extinta ſit omnino caliditas, ſed quod a minori proportiõe inequalitatis ipſius

appellatio non fiet. Nullum esset corpus flegmaticum viuens, si remissa caliditas in contraoperando vitalem spiritum non foueret frigiditate vigorem viuidum suffocante. Nec esset corpus calidum viuens, ni frigiditas cõtraoperaretur caliditatis actionibus refrigerandam animam suffocantibus, quando inter se contrarie sunt, & quidquid de vno dicitur, & de reliquo dici necessum est. Si enim caliditas esset datrix formarum, & frigiditas etiam. Non enim caliditas est datrix formarum vt quidam sentiunt sed virtus informatrix calido frigefacto & frigido calefacto tamq̃ suis instrumentis potionibus vtens iis effigiandam formam celare assuescit. Preterea non essent duæ qualitates actiuæ, si vnius effectus ab alterius effectu non reprimeretur. Verũ tamen non vno, & eodem modo, & secundum presuppositam materiam vnum congelaret, & alterum desiccaret. Nam caliditas indurãdo congregat homogenea ipsorum ęterrogeneum segregando, vel exiccando. Frigiditas autem nõ tantum homogenea, sed etiam æterogenea congregat, non exiccando, & diuidendo, sed congelando, quod quidem mihi astipulari videtur Aristoteles in secundo generationis & corruptionis dicens. Calidum enim id est quod congregat cognata. Nam disgregare, quod quidem ignem facere autumant, est congregare cognata, accidit alienigena excipere. Frigidũ, vero id est, quod coniungit, & congregat similiter & cognata, & alienigena, &c. Hæc fortasse aliquibus assurda, & rationis expertia videbuntur, nisi ter

minos calidum, & frigidum bene ruminauerint, maximeq; si insueti fuerint talia audire, vtiq; recitat Aristoteles in fine secundi methaphisices dicens. Contingunt autem auditiones secundum cō suetudinem entibus. Nam vt consueuimus, ita dignamur dici, & quæ preter ea non similia videntur, sed preter consuetudinem, minus nota, & magis extranea. Nam consuetum notius, &c. Si enim hæc absurda dicunt sensibus apparentia, absurdiora etiam esse confitebuntur. Siquis diceret imaginatiuam vno, & eodem tempore, vel instanti, & eodem membro contraria simul, & semel imaginari, in actu vero poni non posse, non ratione agentis, sed ratione instrumenti, cuius operatio ad vnum oppositorum, vel contrariorum inclinatur. Apparet enim ex virtute motiua duos esse contrarios motus ipsius manus, si vnus digitus eleuaretur, alter vero deprimeretur, vno, & eodem momento, factos. Vnde sequitur animam moueri motibus contrariis sensibus alligatam. Indeq; fiunt impossibilia nedum medico, sed etiam philosopho, quæ naturæ sunt possibilia, cum non possint imaginari per quæ media impossibilia nobis visa operetur natura, quæ nobis insensibilia fiunt. Quando modis, & tetminis id exprimendi careamus sensibus alligati, ideoq; frigiditas lapidis crementum operatur congelando Caliditas vero in renibus, humiditate flegmatis consumpta, generat exiccando arenulas aliquando albas, non nuncquam

citrinas,& interdum rubeas, subrubeasq; adnigredinem tendentes. Insurgunt quippe colores isti ex varietate graduum caliditatis, non autem a loco, vel materia, vt nonnulli dixerunt. Quod quidem minime latet archimistas, qui die, noctuq; inuigilant ignem ipsum temperare, adeoq; operæ incumbunt, vt magis sese transformari sentiant, q̃ illud elixir punctuale, per quod forma introducitur suppositæ materię, nanciscantur, secq; suamq; fortunam incusantes, si paululum vigiles a somno corriperentur, presertim cum videant se in fine operis esse deceptos, idq; non ignorantię, sed ignis actioni attribuere, aut quia lentus fuit, & non bene decoxit, ideo non fuit bene coloratus, vel quia parum magis fortificatus croceum, vel rubeum elixir colorauit, vel quia fortis ignis arsum, & subnigrum potius, q̃ temperatum reddidit, sicq; nuncq̃ excusatione vacant, qua non tantum alios auaritię inhiantes veluti gulosos, qui, anteq̃ sol, & natura delectabiles fructus suo tempore producant, auide inhiant, sed etiam seipsos operam, & oleum perdentes decipiunt, dimictamus igitur ventosos homines, & ad nostrum propositum accedamus.

CVm ergo humiditas flegmatis a calore consumpta fuerit, remanet illa terrea materia tali affecta qualitate, vt regressum ad humiditatem amplius habere nō valeat, quæ si casu aliquo ab humiditate viscosa conglobata fuerit, lapis in renibus aglutinaretur. Quando res arida, & sicca nuncq̃ in vnum compageretur, nisi cum humiditate assotia-

retur. Late quidem patere existimo, si terram frigidam, & siccam, cum aqua frigida & humida, vel cum vino calido, & humido temperatam inspiceremus non a calido, vel frigido, sed ab humido in globum aceruatam diceremus. Quæ quidem arenulæ, si in vesicam ab emulgentibus, & renibus per poros vritides laberentur, in maiorem lapidem glomerarentur. Vnde notum est arenulas in renibus generari, & in vesica in magnum lapidem cumulari ab ipsa frigiditate agente viscositate ipsa cooperante. Cum propriũ sit calidi a siccitate corroborati, & frigidi humiditati assotiati congelare. Ea enim, quæ a caliditate, & siccitate congregantur, a frigido, & humido dissoluuntur. Et quæ a frigiditate, & humiditate erunt concreta, a caliditate, & siccitate liquescent. Ex quo sequitur, vno medicamine lapidem posse educi, solui vero non posse, cum qualitates contrarias in se retinere non valeat, licet ex simplicibus contrariis vnum conficiatur, tamen cum miscentur, & componuntur ita, vt vniantur, & adueniat eis comixtio, aduenit complexio secunda composito medicamini, per quam operatur in egritudinem, vt Auicennę placet, ergo diligens sit medicus, qui lithyasim curare voluerit, vt omni solertia inquirat, lapis ne a caliditate, an a frigiditate indurescat? Satis quidem hoc manifestabitur, si solerti indagine corporis habitudinem, & eiusdem vrinam inspexerit. Nam si paciens erit bonæ habitudinis, & in colore debitæ coloratus, & vrina eius erit colorata aliquo colore, qui a

sanguine, & speciebus colere, cum quibus stat vita humana, coloratur, & sedimen eius non multum in matula descēderit & arenulæ rubeæ, vel croceæ apparuerint, libere ratiocinari poteris, lapidem in tali a calido, & sicco in renibus generari. Sin autē contraria signa habitudinis extiterint, & vrinæ signa super frigiditatem atteſtantia, & sedimen erit grossum, & viscosum, vel mucosum, non dubites pronosticari a frigido, & humido lapidem ipsum in vesica augeri. Hinc operepretium est videre plerosq; homines, qui falso medici nomine fungun-tur, quam plurimos, quorum credulitatis me maxi me tedet, seuorum accidentium irritamenti corpo ris affligendi, promissione quadam frangendi la-pidem in vesica cum iis, quæ inglutiuntur, ad ache ronta miserrime credulos transmittere, nulla con-gelati lapidis cōsideratione habita. Sunt autem hi, qui non rationibus, & experientiis, quæ nempe fi-dem inuentis faciunt, sed auiditate nummorum ad id per patrandum excitantur eiusdem generis hu-mani perniciosissimi. Atqui lapidem renalem faci le patiuntur, sunt pingues, tum propter viscosi nu-trimenti superfluitatem, tum etiam propter mea-tuum constrictionem a partium inherentia causa-tam: eosq; subsequuntur tenues, & macri, propter caliditatis excessum a nimia siccitate contenti. Hi autem magis lithyasi mente, & corpore in vesica, quam in renibus cruciantur, quamuis vrinam gros siorem, & plurimam mingant a naturę siccitate. Ex his igitur colligimus lapidem esse arenulatum

glomerationem in corpus durum conuersam vel a caliditate ab æqualitate egressa cum humiditate cõ coctam, vel a frigiditate cum humiditate viscosa compactam. Qui quidem duplex est, alter renalis, alter vero vesicalis, denominationem suscipientes a loco, vbi plurimum generantur. Quamuis etiam in aliis corporis particulis generetur, verum inter se non parum differunt. Est enim renalis lenior parumper, & minor, propter loci constrictionem, & magis ad rubedinem declinat, propter caliditatis fixionem. Vesicalis autem est durior, & maior, propter loci capacitatem, decliuis magis ad nigredinem, presertim si caliditas non erit eque sufficiens humiditatem ipsam exiccare, vt patet in lignis humidis ab igne vrendis & etiam ad citrinitatem luteum colorem dictam, propter maiorem humidi exiccationem a calido factam, & ad albedinem, propter frigidi coagulationem, & secundum gradum actionis aut mollior, vel durior compagetur. Non est hic modo locus discussionis, esset ne morbus, an morbi causa lapis in renibus, vel in vesica, cum ad ipsius curationem intendamus. Sæpe enim curatores morbi & causæ morbi onus suscipiunt, vt ad pristinam sanitatem dignus miseratione ægrotus reducatur. Huic etiam considerationi annecteretur, esset ne hæreditarius? Cum plærique omnes conueniant dicere, omnia orta sua attestari principia, nec dicam quid in quatripartito ptholomeus referat, quando mathematice demonstret, plerumq; filiũ patris fortunam fore secuturum, qua propter hæc

omnia postponentes, ne nostræ longæ sermocinationis fastiditos tederet, ad ipsius curationem accedamus.

VErum prius non nulla signa, quæ ipsius generationem in renibus, ac eiusdem fixionem significant, enumeremus, adhoc vt sit factu facile vel præseruare, vel affectionem ipsam emendare. Tunc enim præseruatione a renum lapide opus est, si quem rulans in regione dextra, vel sinistra renum pruritū optusum senserit, & manu distinguere (si forsan palpitauerit) nescierit vbi nam illa fiat iecticatio, quæ in pruritu sentitur. Quæ sunt quidem signa lapidis renalis generandi. Hæc eadem subsequitur lumborū grauitas eorum, qui cum genicalati fuerint, in se erigendo dolorem paruum sentiunt, Fixus dolor cum punctura paruum locum occupans, & in iunctura luborum grauitas, presertim in osse alchatim, generatum lapidem in renibus manifeste arguunt. Eoq; maxime si crurium, ac etiam peduū nedū digitoꝝ formicās dormitatio ab aliis stupor dicta præcesserit. At si frequēter q̄rilis lamētationibus patientē lamētari senseris, & aliqñ eundēvomere, pp stomachi, & diafragmatis colligātiā videris, maximeq; si eidem ilia dolerent, eundem pati renalem lapidē tute ariolari potueris. Et eo maxime si arenulę in matulam cum lotio defluxerint, per quas distinguitur a colica, in qua non solent arenulæ apparere. Restat etiam unum animaduersione dignū, q; affectio ista paroxismalis dicitur, vt Auicenna placuit, & a paroxismo ad paroxismum interme-

diat aliquando mensis unus, interdum quatuor, nō nunquam integer annus, secundum q̄ tardius, aut celerius lapis ipse conglobetur. Quiquidem insurgit tali aliquando celeritate, ut mori patiens prę dolore, qui a generatione lapidis stantis in aliquo meatu vrinę accidit, subito videbatur. Quemadmodum mihi olim Rhagusii arenulis, lapillis, podagris, chiragris, & arteticis doloribus, non dico gallicis referti contigit, ut quasi mori uidebar, adeo pręsto fuit, vt vix tempus dederat meum puluerem sumendi, pręsidio, atq̄ subsidio cuius liberatus fui, qui tantę operationis est, ut si non una die, saltem in tribus diebus a langore patiens cum lapidis extractione liberabitur. Quem peculiarem habet excellens, ac strenuissimus capitaneus dominus Antonius Lincon cubicularius, & christianissimi regis consiliarius de germola & petra lata dominus, cui plurimum debeo tum propter singularem ipsius virtutem, & animi constantiam, quibus aliis pręcellere videtur. Istec missa faciam, quā do cui plurimum debeas, tacere mehercle satius esset, quam de eo pauca dicere, obidq̄ ad lapidis renalis curationem accedamus.

CVra enim omnis renalis lapidis duplici diuiditur consideratione præseruatiua scilicet, & curatiua. Pręseruabimus equidem a renularum generatione cruciandum, si sex rerum non naturaliū regimen pręcedenti contrarium eidem ordinabimus non solum in quantitate, sed etiam in qualitate, pręsertim virtute digestiua stomachi debilē

existente. Quando quidem supra causam esse diximus cibos, quorum succus habet humiditatem viscosam, & grossam generare. Quo facto, eo considerationis deueniendum erit, ut id euacuetur, Quod in viis renum existens causa esse possit lapidis generandi, idq; maxime euitabimus, si hûc syrupum vtendum receptabimus illi, cuius arenularum generatio fuerit. a caliditate, quo ego vtor, et vsus sum cum maxima infirmorum vtilitate, cuius recepta talis est. Rec. sy. endiuie, acetosi, nenufarini añ. ℥ .s. aquatũ feniculi, endiuię añ. ℥ .i. &. s. misce, & capiat, quem nos collegimus a galeno in eo, qui de cura lapidis inscribitur, libro, dicenti. Et ad vltimum quando inuenitur in acuitate cõplexionis. exquirat studium in infrigidando, sumat hûc syrupum, siue medicinas in aqua, quam narraui, & vtatur syrupo de endiuia, & sy. acetoso, & sy. nenufarino, &c. partes renum inungendo vnguento rosaceo, vel infrigidante galeni, vt caliditas renalis refrenetur. Quando omne agens in contrarium suum agendo repatiatur, uel in se remittendo, vel suam operationem, quam nos effectum dicimus, tardius inducendo. Si uero a frigiditate cognouerit earum esse generationem, exhibeat tyriacę magnę ℥ .i. sy. de corticibus citri. ℥ .i. aquę calefactæ. ℥ .i. & .s. uel duas, in modũ. sy. calefacti, quemego a galeno didici in eodẽ loco dicenti. Quãdo ergo vehemens sit frigus aeris, & figitur hyems, accipiat de tiriaca magna omnibus decem diebus. ℥ .i. cum tanto aquę calefactę. Quantum capiat os se-

mel,permixto ei de syrupo de corticibus citri. Et quando possibile est,ut vratur cibario facto ex ole re vrticę,fiat ei cibarium olerum decoctum factum cū carne hędi,uel leporis. Quod sumat in principio sue comestionis,hoc regimē sufficit ad auferēdas causas huiusmodi accidentis,pręsertim si aliquid materiei in renibus, uel in viis mediis residendæ eductiuū propinabimus. Quale dicimus cassię no uiter extractę persetam.3. vi. benedictæ.3.iiii aqua rum feniculi plantaginis añ. ℥ i.asparagorum. ℥ ii. & fiat potus. Quem patiens capiat in media nocte aliquantulum impransus, & superdormiat. Quādoquidē priuatio illius,cuius pręsentia causā morbi generat,sit nō tantū causę,sed quicqd inde oriūdū,sit,curatio. Curationē modo dicimus ma terialis causę lapidis,& efficiētis,phibitionē in eo, quod possibile est succis mutatis, & q̄litatibus alte ratis. Multa quidē primo possibilia,& factu facilia sūt,quę postmodū impossibilia,& curatu difficilia existūt. Indeq; ortū est illud tā frequēter dictū. Pri cipiis obsta,sero medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras. Ah quam facile prouideretur,si principiis lepręconfirmandę,& cancri, & podagre institissemus qualitates menbrorum accidentales,& nutrientium succositates contrarias in ducendo,non propterea totius machinæ cō plexio naturalis mutaretur. Quamuis accidentaliter mutata dicatur. Nequeo imaginari qualitates menbrorum similium partium, & organorum, quæ ex elemētorū mixtione in plasmatione insu

gunt. Ex quibus dicta est animati corporis complexio propria calida, uel frigida, aut humida, uel sicca, posse permutari machina non destructa? Accidentaliter mutata, & non essentialiter apparent. vtinam hoc esset medicis concessum. Nam indiuiduũ hominem perpetuaremus, quando mors naturalis nil aliud sit meo quidem iudicio, q̃ proprie similium partium, & organorum qualitates corruptę. Ex quibus tam artificiosa, & admiranda humana moles animę rationalis organica destrueretur. Satis quidem huc usq; euagati sumus, redeundũ igitur est ad id, quod erat nobis institutio.

CVrabimus nempe renalis lapidis affectum, si dolorem mitigando lapidem medicamine quodam a renibus foras excutiemus, qui aliquando tantum dolorem subito excitat, ut patiens uesicania quadam animatus frequenter queritat, quo modo sanguinolenta manu ipsum extrahere possit. Quando se tantum sentiat cruciari doloribus, qui a partium diuisione, quam lapis foras exiturus causat querilis lamẽtationibus, atq; altis, e corde suspiriis animam quasi a corpore euellentibus multiplicatur. Quando hi non solum tamq̃ accidentia, sed veluti crudelissimus inimicus prosternendę virtuti atrociter immineant, vtq; recitat Gale. Canonẽ Alguazir albulezor afferens in eodem dicens. Accidentia, a quibus conuenientius est cauere, & a quorum tractatione cautela est adhibenda, sunt dolores propter timorem, qui est ī eis. Debilior namq; eorum prosternit virtutem, & sol-

uit inter hominem,& inter suas salutes. Et ipsi quidem non sunt,sicut accidentia,in quorum curatione interuerit latitudo. Et ego iã multotiens eo p̃sente dixi,q̃ hoc accidens est sicut inimicus. &c.
Quibus prẽsto succurrendũ est, quando mora plurimorum causa malorum existit, idq̃ facile euitabitur,si succenturiatus medicaminibus aderis, virtute quorum id totũ,quod prẽter naturam in particula est,euacuetur, idq̃ maxime si glutinosum,aut crassũ,uel infixũ affectionẽ fecerit dolorosã,molificãdo,&liquefiẽdo,atq̃ leuiter euellẽdo,ne quod nauiter exicatũ fuerit, in lapidosam duriciem conuertatur. Vtiq̃ doctissimus Gale. in decimo quarto terapenticę asserit dicens. Siquidem humor, vnde vitium eiusmodi nascitur, aut glutinosus est, aut crassus,aut vtriusq̃ rationis particeps, curandi uero eius cõmunis indicatio est,vt quod prẽter naturam in particula est,totum vacuetur. Modus vacuationis eius proprius est. Nam detergere id, vbi cõtumaciter inheret, oportebit, quod siquis iis, quæ vehementer trahunt digeruntq̃,medicamentis vacuare tentet,nec iis, quę humectent,& excalfaciũt, molliat,ac liquet,huic paucis primis diebus egregie processisse curatio videbitur. Cęterum quod de affectu restabit,id insanabile erit, siquidẽ toto, quod in eo tenuium partium erat, digesto. Quod reliquum est,veluti lapidosa concretio linquetur. Ne igitur curator in curatione cespitet, ab enematis ordinatione incipiemus,deinde ad reliqua ordinanda dolorem mitigantia subsequemur,cu-

ius talis est descriptio. Re. milii. ℥. vi. aquæ pluuia lis libre. iiii. bulliant simul usq; ad aque dimidii consumptionem, deinde coletur, de qua capias tã tum, quatum sit pro cliftere sufficiens, cui addãtur olei anetini camoſſini, butiri añ. ℥. ii. salis parum, & fiat cliftere. Quod mirabile est nõ tantum in doloribus renum, sed etiam in doloribus iliacis, & colicis. Si autem non habueris milium, quando vbi q; locorũ non inueniatur, hoc sequens receptato. Recipe decoctionis foliorũ maluarum, cauliũ siue brassicarum paritarie libre i. olei cõmunis, camoſſini, anetini añ. ℥. i. & .s. butiri. ℥. ii. salis parũ, & fiat enema, quod subsequetur cataplasma tepidum dolenti loco prius butiro calido inuncto super imponendum, cuius talis est ordinatio. Recipe foliorum caulium, prassii, maluarum decoctorum in iure capitis castrati. M. iii. radicum alteæ in eodẽ iure decoctę, & cribellatę. libr. i. mucillaginis seminis lini, fenugreci añ. libr. s. olei anetini. camoſſini, liliorum alborum añ. ℥. iii. butiri. ℥. vi. mellis communis. ℥. vi. pistatis pistandis simul omnia misceantur, & postea dilactentur cum decoctione, in qua decocta fuerunt folia herbarum, & radices, & ad ignem bulliant addendo tantum farinæ frumenti, & ordei, quantum valeat ipsum in formam paste reducere, quo tepido vtendum est, & quousq; caliditatem actualem retinebit, permanere in loco debet, cumq; infrigidare patiens idem senserit, permutandum erit non semel, non bis, sed totiens, quotiens opus fuerit, vt

dolores obtundantur. Nam eo ordine seruato, ptī usq; opinatus fueris, dolores mitigabit. Verum tamen quia sunt non nulla simplicia, quæ non ita in promptu sunt, ut confici cataplasma possit, hoc deinceps emplastrum ordinato. Recipe micę panis ī lacte, uel in quouis iure decoctę, & pistatę libr. ii. butiri. ℥. iii. olei anetini, rosati, camomillini. añ. ℥. ii. croci puluerizati. Scrop. ii uel 3. i. mellis cōmunis. ℥. iiii. omnia simul in caciola bulliant, & si tibi liquidum apparuerit, adde farinæ frumenti quā tum valeat ipsum aliquantulum informare, ut formam emplastri suscipiat, deinde addentur vitelli sex ouorum, quæ bene baculo agitando incorporentur. Et fiat emplastrum applicandum modo, & ordine, quo supra dictum est de cataplasmate. Nā indubitate vno duo; dolores mitigabūtur. Ab iis igitur absolutus, si in dolore non præcesserunt arenularum apparitiones, pacienti propinabis. 3 vi. benedictę dissolutę cū calidi vini albi clari boni odoriferi. ℥. iiii. quo assumpto, præcipies infirmum pānis bene amictum quiescere, ut sudare possit. Quoniam liberabitur a doloribus fortasse causatis a flegmate retento, uel sanie compacta. Si uero processerunt arenulę, & etiam cū dolore in vrina apparuerint, hunc puluerem propinabis. Quo omnes, qui fere mori pre dolore videbātur, liberati fuere. Nā extraducit lapidē a renibus nullū nocumētū īferens, quē pregnātibus abortū pre dolore facere volentibus exibui, & in dei nomine liberatę fuere, Eumq; pro secreto hucusq; seruaui, nūc autem pla

cet mihi pro hominum vtilitate eundem manifestare, Quem admodum faciemus in nostro comẽto totius medicinę chirurgię, de qua Aui. locutus sit, vbi nouum modum medendi vulnera, quamuis periculosa docebimus sola aqua dulci clara viua fore curanda, nonnullis etiam ĩ tericctis uerbis, quando medicina omnis in uerbis, & in herbis, & in lapidibus consistat, ubi demonstrabimus id canonicę fieri, quod hucusq; non solum occultum, sed etiam obstrusum fuit quando sic me facere amici rogauere, prę sertim egregii, ac excellentissimi artium & medecinę doctores magister Fabius francolinus. Et Nicolaus Antonius panarellus monopolitanus. Et ille experientiis maximis sufful tus in medicina chirurgica magister paulus de rastellis ariminensis, viri quidem omnium virtutum eruditissimi. Et propterea istis gratias agite, quęso vos omnes, qui nostris vsuri eritis lucubratiõibus. Ipsi enim me, cum animi gratia perusiã bibliosam migrauerim, impulerunt, ut tractatum istum adderem aureo tractatui de lapidis extractione a vesica per incisionem facienda, seruabis ergo hunc ordinem, qui puluerem tam precio sum conficere uoluerit. Reci. seminis petroselini, radicis eiusdẽ ab anima mundatæ aña ʒ iiii. floris cardi, quem stellatum appello a spinis stellatis ℥. viii quæ tantum separata in furno lento deficcentur, donec eadem videas triturandã posse triturationem susci pere, deinde ab igne auferas, & vna quęq; separatim trituta. Quibus triturati s, vnus fiat puluis, de quo capias

pias scro. i 5. uel scro. ii. secundum q̃ magis robustior erit, cui propinandum puluerem parabis. Et cum vino albo bono vel iure pulli gallinacei eundem propina pacienti calculum tam in renibus, q̃ in vesica, & dolores iliorum, quos nostri flanchum appellant, & sanabitur, si tribus diebus ieiuno biba tur, seruato ordine predicto, & competenti dieta iuxta naturam, & infirmi cõsuetudinis exigentiã. Et si casu aliquo doloribus sedatis infirmus mingere nõ poterit, quod esset fortasse ob calculi opturationem, vel propter nimiam flegmatis viscosi superabundantiam, si vero a flegmate causaretur ipsa lotii retentio, hoc in foramine virgę per siringam iniicito. Recipe olei sisamini. ℥ i. aque ℥. xv. zinziberis ʒ. iiii. tribuli ʒ. x. tere medicinas grosse, & proiice in vase cum aqua, & oleo sisamino, & decoquatur, donec consumatur aqua, & remaneat oleũ distillandum in foramine virgæ, de isto vero alio bibat. Reci. olei sisamini, & lactis vaccini dulcis, & succi tribuli humidi õmnium aña. libr. x. penidiorum alborum. libr. v. zinziberis. libr. ii. ʒ. terantur penidii, & cribellentur, & proiiciantur omnia in vase figuli, & accendatur sub eo ignis lenis, donec cõsumantur aqua, tribuli, & lac, & remaneat oleũ solum, & bibatur de eo omni die. ℥. v. & administratur etiam incliftere. si vero fuerit ob calculi opturationem, quoniam figetur in lotii meatu lapis, qui a renibus decidit, nostrum electuarium, vel puluerem eiusdem electuarii secundum q̃ tibi magis tenere placuerit ordinatum, dabis. Cuius talis est


recepta. Recipe stercoris murium, columborũ, porcellionum, sunt autem porcelliones vermes terrestres in cellariis inuenti, dicti ad porcelli similitudinem, qui cum tangantur sese in sphericam pilã conttahunt, vt facile dices esse materialem patet noster, aña ℥ i. mellis despumati. libr. i 5. & fiat electuarium, cuius dosis sit. ℥ .5. cum brodio, vel vino. vt infirmi necessitas magis poposcerit. Si vero te magis delectabit in morsellis puluerem hũc tenere, utq; ego facio, capias tantumdem zaccari finis, quantum est mellis pondus, & facias electuariũ in morsellis, de quo. ℥ .5. cum iure gallinaceo, uel vino dabis, & faciet eum mingere, si continuabis ipsius exhibitionem tribus diebus, q̃uis etiam in prima die vtilitatem maximam percipiet, quoniã lapidem renalem effarinabit. Sin autem tibi como dius visum fuerit puluerem preparatum magis tenere, eumq; dare volueris, sit eius dosis scro. ii. cum iure vel vino, vt tibi oportunius magis visum erit vel exhibeas seminis tribuli humidi. 3. i. cum iure galline, nam frãget lapidẽ & mingere faciet. Idem faciet semen anteræ si cum vino albo scro. 5. propinetur nec etiã priuantur tali munere mandibulę luccii piscis qui lupus dicitur si in cinerẽ redigerẽ tur & in vino albo biberentur. Hoc idẽ faciunt mã dibulę hericii terrestris. Sed multotiens solent strã guriam pati, qui tali vexantur ęgritudine, & pro cuius emendatione dabis puluris porcellionum absolutoę scro. i. cum vino bono albo, hoc idẽ mul tum valet hicteric is. Illud idem faciet aqua cæpæ.

albæ distillatæ. Sicq; operando compos voti fies pro arenularum, & lapidis affectione curanda. Illud idem seruandum ducimus prouesicalis lapidis preseruatione, quod de renali lapide dictũ est, quãdo eius materia sit arenulaꝝ cum humore viscoso aglomeratio. Aliquando ex membroꝝ vicinoꝝ caliditate deficcata, vel eorundẽ frigiditate conglutinata, Cuius signa demonstratiua sunt retẽtio vrinæ in mingendo, frequẽsq; mingendi desiderium cum maximo pectinis dolore, & aliquando in voluntarium lotii stillicidium, & non nuncq̃ post mictum incensiuus ardor. Et in capite virgæ adest fastidiosus pruritus & aliquando prope anum in collo vesicæ post egestionem, & mictũ, sentitur quasi parua quedã inflãmatio. Que quidem expetũt pro sui emendatione singularẽ curationẽ. Nã retentio vrine in mingendo non aliã ob causam fit, nisi q̃ lapis in meatu vrine figitur, qui, si paruus erit, frangetur nostro electuario, vel foras excutietur, vt supra dictum est, quo facto libere minget. Si vero magnus, & attritu facilis eodem confecto conteretur. At si durus, & tenax fuerit, vt demolitu non facilis sit, nostræ aureæ extractioni sumictetur, quãdo fortia lapidem frangentia per os sumpta non modo accidentia seuissima, sed etiã extimescenda mortis incõmoda maximo infirmi crutiatu excitant. Debilia vero nihil proficient. Nam virtus eorũ, anteq̃ ad vesicã descenderet, longis & sinuosis amphractibus euanesceret, vt habetur a Galeno in quinto terapentice dicenti. Quę vero inferius sunt sita per

ea,quæ iniiciuntur, quando neq; ad ea,que vicina ventriculo sunt,subire potest, quod per sedē infun ditur. Nec integris viribus ad inferiora pertingere, quod per os est ingestum. & propterea dum sevnū, quod dicunt periculum declinare lapidosi homi nes concupiuerint, in aliū horrendū,quod mortis imago dicitur,incidunt falsa phisicoꝝ persuasiōe laqueati. Verū siquis modus erit lapidis in vesica frangendi,vel soluendi sine nocumento, & pericu lo experientia comprobatus dicetur in nostro cō mento,quod supra tertia,& quarta sen quarti cano nis Aui. composuimus,sub quo indicans ratio, & experimentū alliciens merentur. Sedabitur dolor pectinis, si prassium decoctū cataplasmetur, prius tamen loco inuncto cū oleo de scorpionibus, qui ex ventositate,vrinę,quam mictus excitat causatur, frequensq; mingendi desideriū,& inuoluntarium vrinæ scilicidium medicaminū curationē non su scipiunt. Sed manuū dexteritatē expetunt causam horū intercipientem,quam esse lapidis pondus vir tutem expulsiuā excitans, & musculū collū vesicæ constringentē relaxans dicimus. Ardor vero incen siuus ex mordicatione vrinę factus in vlcere in col lo vesicæ existente,quod lapidis asperitas,& arenu larum frequens profluuiū excoriando fecerant, cu rabitur. Si hoc potu frequentissime vtetur paciens, cuius descriptio talis est Reci. nucleorū auellana rū ℥ i. piperis puluerizati scro. i. pistentur simul subtilissime,& cū vini boni ciato vno dilactentur, & bibatur calidū,interpollatis diebus totiens,quo

tiens opus fuerit, auferet enim vrinæ stillicidii angustias, & ventris dolorem remouebit. Si vero cũ isto non perfeceris, istud sequens ordinato. Reci. radicũ alteæ. ℥. iiii. folioꝝ maluaꝝ paritarię añ. M. ii. seminis lini, fenugreci añ. ℥ i. Iuiubarum. nume. xxx. liquiritiæ mundatæ. libr. i. radicum sparagoꝝ, feniculi, petroselini añ. ℥. ii. aquę pluuialis. libr. x. bulliant omnia simul, vsq; quo tertia pars bulliendo remaneat, deinde coletur, cui colaturę addatur tantum zaccari boni, quantũ sufficiat, vt fiat syrupus longus ad lentũ ignẽ secundũ artẽ, quo vtatur alternis diebus, semper iterãdo ipsum, donec sanus fuerit. Nã breui se a tanto vrinæ ardore liberum sentiet vel sic facias & pro secreto idem reseruato Reci. radicũ petroselini cicoreę feniculi asparagi bruscandoli paritarie capparis seminis tribuli humidi añ. ℥. ii. vini albi boni fialas tres bulliant omnia simul vsq; ad consumptionẽ tertie partis vini in olla noua contecta pasta facta ex farina ordei & fiat foramen paruum in medio vnde poteris consumptionem vini speculari de quo capiat infirmus singulis diebus. ℥. iii. ieiuno stomacho more syrupi & videbis mirabile in breui quod nõ est mea nunc enarrare. Ex his omnibus dictis qui cunq; sciuerit eligere ea que dicta sunt non tãtum dolores mitigabit sed etiam lapidem attenuabit. Multotiens etiã ex frigiditate adeo cõstringuntur musculi vt non solum vrinam retinent sed etiam siringã non admictunt & dolores ex retenta vrina adeo increscunt q̃ hominẽ interficiant. Ne igitur

hoc accidat apertiantur instrumẽto in tifone vel in canali virgæ iniecto nam statim minget: & sanabi tur quod ego rostrum arcuatum appello a similitu dine rostri animalis quod veneti arcuatum nomi nant. Nos autem terlinum ab ipso vocis sonitu di cimus cuius forma talis est



multum ei consimilis & tantę esse debet longitu dinis quanta est ipsius mentulæ elongatio ad hoc vt collum vesicę explicet dilatando si quando erit necessaria ipsius operatio. Si vero molestaretur ta lis affectionis cruciatu ad tempus infirmus, non ex pectet, quin se aureę, tutæ, salutiferęq; nostrę extra ctioni summittat, anteq̃ sæua, ac crudelissima acci dentia insurgant, in quibus talis operatio non so lum erit suspecta, sed etiam & ipsum viuere. Ideoq; ille, qui talem paciatur affectionem, sit audax ni hilq; timeat phisicis persuasionibus relictis, qui dum pericula fugienda suaderint, perpetuo crucia tui miserrimũ destinauere, dummodo diligens re periatur operator secũdum nostrę extractioni mo dum, qui modo subsequitur.

LIBELLVS AVREVS DE LAPIDE a vesica per incisionem extrahendo eiusdem Mariani Sancti Barolitani medici excellentissimi subsequitur.

Præclarissimo artium & medicinę doctori Ioanni Anthracino Maceratensi præceptori suo carissimo: Marianus Sanctus artium & medicinæ doctor. S. P. D.

PEtitiones meorum amicorum, ad quas me tu dulcissime pręceptor componẽdas illo suasu, quo ęgros instauras, pristineq; valitudini cõdonas, impulisti, summa cum diligentia & attentione, vt nobis suffecerũt vires, compilauimus, & in libellũ cõgessimus, congestũq; eisdẽ nostris cõmunibus amicis tradidimus: traditũ non parua cũ expectatione admiserunt, & legerunt. Et cum ea, quæ in ipso continerent, recensuissent, decreuerunt eundẽ promulgare, quẽadmodum meum in Chirurgia cõpendiũ promulgauerãt Cũ ergo ab huiusmodi cõsilio eos abducere pcibus nõvaleã, neq; deceret vt per vrbẽ claudicãs vagaret, quando tot tantisq; inuidis, & maledicis occurreret, decreui corrigẽdũ emendãdũq; fore. Quapropter mi pater & dilecte magister eundẽ ad te corrigendũ trãsmitto, cũ nõ solũ hominũ mores & verba, verũetiã intimos naturę igniculos corrigere possis virtute, eloquentia, doctrina, & moribus, quibus fere nulli secũdus ab oĩbus, qui te noscũt, existimaberis. Quamobrẽ mi facũdissime pceptor te rogo, ne dedigneris in hõc meo paruo opusculo, cuius tu fuisti potissima cã si qd addẽdũ, limãdũq; esset, & addere, & limare: vt tua lima dilucidatũ, inter ĩuidos, & maleuolos tute vrbẽ libereq; pagret. bñ vale, meq; vt soles dilige.

Ioannes Anthracinus artium medecinæq; doctor Mariano Sancto Physico, & Medico excellenti,& solertissimo. S. P. D.

HOrtabar ego te olim Mariane non solum auditor,sed mi tanquam fili suauissime,ut opusculum illud egregium,quod de lapidis extractione inceperas, & componeres, & aliquando perficeres Sed posteaquam nunc illud compilatum, & absolutum ad me recognoscendum, & ubi foret opus,castigandum misisti tantum in illo doctrinę ingenii,dexteritatis, facilitatisq; adinueni, ut iam te ad illud promulgandum,ac etiam imprimendum ad tuam,ad amicorum laudem ad publicam utilitatem & commoditatem non solum hortter,sed q̃ maxime te rogẽ,& obtester. Opus enim undequaq; tam consumatum edidisti, vt non solum præceptores tuos, sed etiam nostram hanc tempestatem, nostraq; sæcula sis apprime illustraturus. Vale.

REVERENDISSIMO DOMINO domino Vicentio Carraphæ Archiepiſcopo Neapolitano almę Vrbis Gubernatori, Marianus Sanctus Barolitanus artium & medicinæ doctor de ſe benemerenti perpetuã fęlicitatem exoptat.

CVm diu eſſem Reuerendiſſeme domine auerſatus meorum ſodalium petitiones qui me aſſiduis precibus flagitabant, ut libellum componerem de lapide ab ipſa ueſica per inciſionem extrahendo: Quanq̃ id mihi moleſtum eſſet, quod cęlandũ duxerã, in uulgus prodere: tamen uictus eoꝝ precibus, domeſticiſq; argumentis, non potui illis in hoc morem non gerere. Quis. n. eſſet tam ferus, aſper, indomituſq;, ut precibus non uincatur, amicitia non miteſcat, & aſſidua conſuetudine nõ manſueſcat? Quamobrem ſcripſi, & in libellũ hũc paruulum quę me diu exorauerant, congeſſi. Cum igitur non deceret, vt per urbẽ ſine tutore uagaretur, quando tot tantiſq; inuidis & maledicis occurreret, ſtatui exiguum hoc munus tuę dignitati dedicare, ſub cuius umbra facile maledicentium dicta paruifaciens inuidorũ ſuſurrationes abominabitur. Cum hac in noſtra tẽpeſtate, qui tecum pietate, iuſtitia, & liberalitate conferendus ſit, habeã neminem. Cuiuſquidem rei non paruum teſtimonium affertur, q̃ cum maximũ almæ urbi ſede uacante per obitum fę. re. Leonis. X. Pont. max. periculum immineret, te iuſtũ, prouidũ, & ſagacem iſtud

sacro sanctæ Ro. Ecclesiæ Collegium, te nesciente, sponte Gubernatorẽ elegit, ut urbi intestinis odiis grauidę summo prędidio, subsidioq; esses. Quod quidem ilius sacri Colegii opinionem non fefellit, cum sanctius religiosiusq; uixissent homines, te gubernatore, q̃ a iustissimo illo Octauiano Imperatore regerentur. Cum tu solus sies hoc in nostro sęculo, qui priscorum dogmata tua cum summa prudentia & doctrina obscurare possis. Cum non minus in regendo rectores omnes anteis, q̃ sol terram irradians, luminis claritate planetis cęteris antecellat: obidq; non parum ętati nostræ, omni adulatione deposita, gratulandum censeo. Quapropter Reuerendissime domine te oro atq; obtestor, ut ea, qua soles gratia homines allicere, uelis hoc meum paruum munusculum susciperе. Quod si, ut spero, a tua benignitate susceptum erit, sane ad maiora excitabor capescenda, & Deũ optimum rogare non desinam, ut quę pro ampliori tua facerent fortuna, sit fœlicibus sideribus contributurus. Bene uale.

QVantum Inextricabile, uirium ſuauiſſimæ amicitię uinculum habeat: q̃q̃ id ipſũ poſſit ab unoquoq;, qui taliſmodi neceſſitatis uallo circũſepiretur, late patere: tamen non paruã affert cauſam hoc idem conſiderandi meorum neceſſariorum conſuetudo. Quæ me a propoſito, quod in animo conſtitueram ſeruandum, rationibus, exemplisq; domeſticis lõgius diſtraxerat, me q; conuictum ad id re⁹ agenda⁹ faſtigium intruſerat: ad quod exequendum nullus antiquorum authorum, nec moderno⁹ uſq; ad hanc noſtram tempeſtatem qui de huiuſmodi rei negotio commentaria promulgauerant, ueram imaginationẽ & operandi modum applicuerat. Verum hoc non poſſum non confiteri, principium ueram operãdi qualitatem modũq; in operatione exequendi poſteris eoſdem tradidiſſe. Quemadmodũ illi priſcorum philoſopho⁹, qui de rerũ naturalium principiis modo contraria, modo paululũ ad uerum accedentia, imaginabantur, materiam præbuerunt: vt uera principia in tam aſperis, incultiſq; campis uenaretur, qui principem omnium philoſophorũ nuncupari mereretur. Quapropter gratias ingentes eiſdem agendum eſt, cum nobis in re tam difficili, tamq; ardua uiam licet tortuoſam, aſperam, & ſalebroſam demonſtraſſent. Quod illis ob rei difficultatem contigiſſe arbitror, cum nos ipſi conſideremus hoc idem Hypocratem pluries fuiſſe a g-

greſſum,a ſpeq deceptum,tanquam diffiſum id cõ ſequi poſſe,in ſuo iureiurãdo ſcripſiſe, laborãti lapillo haud quẽq exciſurum,ſed expertis eius artis hoc negotium promiſſurum,quaſi ſpiritu prophetico afflatum hoc de meo præceptore(cum mos meus ſit prẽhonorare magiſtrũ in omni,quã didicerã,facultate)Ioanne de Romanis Cremonẽſi, a quo hanc artem ſum edoctus, fuiſſe pronoſticatũ. Cũ uſq ad hanc noſtrã ætatẽ modus extrahẽdi lapidẽ a ueſica per mendicata ſuffragia inquireret: quẽadmodũ illi faciunt qui per mendicata ſuffragia quottidie noua uolũt edere opuſcula , qui etiã in ſuis operibus ſcripſerũt,quo modo lapillus a veſica eſſet extrahendus,cum nulla in eis præceſſiſſet experientia,quæ eſt rerum magiſtra. Quapropter nõ poſſum non admirari,cum tantam ſibi ſcribẽdi licentiã uendicaſſent,ut etiã in ea,quæ ipſi experimentati eſſent, licentioſa plurima inſererent, cupientes ex aliorum experimento fidem ſuis uerbis adhiberi. Quod atroganter eſſe dictum neminem exiſtimare uelim: cum nullius aſcriptus iurare in uerba magiſtri: Sed quo me cũq rapit tempeſtas, deferor hoſpes. Ac etiã ab ipſa ueritate impulſus, non poſſum uera non dicere, cum amicus Socrates,amicus Plato,ſed magis amica ueritas. Quẽad modum ipẽmet Auicenna refert in capitolo de intentione ad curationes uniuerſales febrium putredinis,cum in Raſim inueheretur,cuius uerba hæc ſunt: Quia omnis contradictor,in primis, cum eſt ſuper ueritatem, eſt excuſatus &c. Quamobrem

quę uera scripserint, in eisdem laudandi sunt, quæ minus apta prodiderint, in eisdē explodendi sunt. Et ideo quęcunq; dixero, ne idem mihi cōtingat, experimento, & ratione probata erunt maxime in meo magno opere Baroli incępto, quod si Deus mihi terminum uitę meæ prolongauerit, ut in illo extremā manū imponam, hęc, quæ nunc dico, uera omnia esse cognoscentur. Quanq̄ nunc ipse uideam multos susurratores atq; obtrectatores meā scribendi oportunitatem uitio daturos. Nonnulli etiam dicent, quando idem assequi non possunt, talem esse animaduertendā diligentiam: quodquidem non ob aliam causam machinabuntur, nisi vt me ab incępto distrahant meq; a scribendi genere impediant. Ego uero Marianus Sanctus Barolita nº illorū dicta paruifaciens, decreui scribere quoad possim ut amicis gratificer, de lapide a uesica per incisionem extrahendo, ad quod illa delectabilis amicorum copia me impulit: quos omnes incolumes reuisi, cum paterna morte Barolum Roma decesserim: Qui Diadascolis sententiam reminiscentes, qui non sibi, sed aliis sapiens natus esse diceretur, me pigritia curiosam scribendi facultatem perosum increparent. Aliqui uero mihi platonicam sententiam puluinari ocio languenti exprobrarēt, atq; obiectarent, dicerentq; non solum nobis ortum esse, sed & nostri ortus partem patriam, partē parentes, partemq; amicos uendicare solere. Quā obrē non potui iure denegare iusta petētibus, quādo iam nostrum lectitassent compedium in chirur

gia utiliſſimum quidem uolentibus hanc artem exercere,& pręferendum huic nouo operi, quod Romę compoſuimus tempore,quo dominus Sebaſtanius de Veteranis almę urbis prothomedicus me doctoratus gradu una cum ipſo collegio decorauit,exiſtente meo promotore domino Alexandro de ſpinoſis Sutrenſi uiro quidem doctiſſimo. Erat autem iuſta,& honeſta eorum petitio,licet onus eſſet impar meis uiribus,tñ prout noſtræ ſufficerent uires,ſpopondi omnia,que iam me exorauerant,ſedulo me eſſe facturum. Verum uos omnes qui meas eritis lecturi lucubrationes,exoratos uolo,ut ſiquid boni in legendo uobis occurrerit, unde aliquid exoriatur laudis,illud totum amicorum diligentiæ tribuatur. Et ſiquid,quod aures uestras male,& importune tinnuerit, ſenſeritis, illud idem clamoſæ,raucęq; meorum neceſſariorum importunitati,& dulciſſimo ſuauiſſimoq; amicitię uiculo,quo id facere ſum impulſus,imputetur. Abhorrebat enim(ſemper nam omnibus complacere non poſſimus)a ſcribēdi genere mens noſtra:quæ longa taciturnitate ſopita a componendi genere pene diffiderat,ob idq; durum & factu aſperum putabam ſcribere. Quoniam taciturnitas ipſa acutam ingenii aciem obtundit,& animi puſillanimitatē faciens,diſertæ linguę loquendi ſarraginē pręſtat. Ergo meus iſte libellus,ad quem componendum ipſa me amicitia impulit,nō facundiam Tullianā, non Yſęi tortentem ſermonem,non acutam diſſerendi dialecticam legentibus moſtrabit: ſed ſa-

lutiferam ægrotantibus medicinam,& ęgritudine languentibus idonea uitæ alimenta,& consolatorem sermonem męrentibus condonabit: Nec id omnibus sed amicis,& placidis,uerum inimicis,& inuidis iliorum contorsiones,& tormuna mẽbrorum affatim administrabit. Nam genus humanũ sic hac in nostra tẽpestate mortigeratũ est,vt quicqd boni dicti,aut facti,q̃do ingenio careat,i legẽdo inuenerit,dolores ilia tendẽtes incurrit. Et si forte ingenio abundans in illud idem inciderit,mordaci liuore frendit,atq; mugit. Quapropter nunc Deum tota,mente,animoq; oro, vt dignetur mihi famulo suo auxiliari,suffragariq;. Nam diuino inuocato suffragio(ut ait Mesue)fælicitabuntur opera nostra,& tutius,animosiusq; in maledicentium linguas irruemus: quando alias euitare non valemus:cum nullus sit liber,qui odio careat. Quod sicui accideret,non ab humano ingenio excussus, sed ab ĩmensa spiritus gratia paracleti emanatus diceretur. Ergo cũ iste libellus in tã exigua officina confletur,qũo poterit aliter,nisi Dei optimi,uiriginisq; Mariæ impetrato auxilio, maledicentium linguas paruifacere? Quod ergo gratiosius ĩprecemur,hic uersibus uirginem alloquamur.

Virgo Dei genetrix suplex tua numina posco,
Vt mea dicta tuo numine tuta sient:
Et pariter nati faueat clementia,linguæ
Ne noceant dictis murmure uirgo meis.

Capitulum primum in quo procedendi ordo describitur.

IMpetrato igitur suffragio, deinceps dicendum est ordinē quo in scribendo vtar: quando ipse ordo duo facere videatur, memoriā scilicet, & sciē tiam: qui quidem talis erit. Primo dicemus ipsius vesicæ anothomiam. Secundo subsequetur idonea tempoꝝ electio, in quibus talis modi operatio fieri debet. Tertio narrabimus instrumēta ponēdo etiā illorum nomina, & formam: & de singulo singulum capitulū contexemus. Quarto situabitur incidendus, bindisq; ligabitur. Quinto quo modo exequenda sit lapidis extractio. Sexto quoue modo incisio seruanda a nocumentis custodiatur, & qui sit iacendi modus. Septimo dietam ordinabimus. Octauo & vltimo accidentia, siqua euenerint, corrigemus. Quęquidem omnia ordine dicto recitabuntur. Quanquam aliqui potuissent dicere, primum esse tractādum de potionibus, quæ in hac curatione competerent, quam infirmus lapidis extractioni submitteretur. Mea vero intentio non est hominem curare: quamuis id possem facere secundum humoris peccantis exigentiam: sed tantum amicis, qui maxime id me rogauerunt, ordinēm, quo vsus sum, & vtitur meus magister, describere: in quo tantum ea perstringam, quantum ad meam explendam intentionem necessaria erūt. Verum siquis incidendū purgare voluerit, sit eius intētio digerere & colerā purgare. Quoniā nullus

humor in vulneribus est magis nociuus q̃ colera presertim vbi natura doloribus irritatur. Digeritur autem a syrupis de endiuia buglosa violis rosis ne nusare & similibus cum suis aquis. Purgatur vero cassia māna reubarbaro syrupo de rosis solutiuo dicto de tribus infusionibus cū decoctione fiorꝫ & fructuū cordialium pondere & quantitate qui bus infirmi corpulētia indigebit. Quare nunc exor dium ab ipsa anothomia, ceu ipsa materia expostu lat, fęliciter auspicemur.

Cap. ii. de anothomia vesicæ.

QVoniā quidem cuiuslibet est artificis consi derare materiam, & formam vsq; ad certū ter minum illius rei, circa quā artifex ipse versabitur: veluti ille Aristoteles recitat in secundo de physico auditu: iisq; verbis alloquens. Si aūt ars imitatur naturam, eiusdem aūt sciētiæ est cognoscere speciē & formam vsq; ad hoc, vt medici sanitatē, colerā, & flegma, in quibus est sanitas: & c. Ideo cum nos sumus artifices, & curatores vt nunc lapidis vesicę: necessarium esse videretur, vt materiam, & formā ipsius cōsideraremus, prout ad nostrum spectaret propositū. Quanq̃ nota sit vnicuiq;: qui medicinæ die noctuq; inuigilauerit. Tamē pro nūc eius ano thomiam: quādo sine ipsa hæc operatio recte exer ceri minime poterit, dicere cōstituimus: cuius prin cipium sumemus a portis vritidibus, qui a renibus ad ipsam vesicam protenduntur, ibiq; terminātur

iuxta medium ipsius: quam paruis & obliquis foraminibus ab vtrisq; lateribus perforant intra tunicam & cooperimentum. Cuius rei causa potissima fuit, ne cum vrina plurimum distenderetur, quod in ea superfluaret, iterum ad renes impelleretur: ex quo fit, vt quanto magis aquositate illa turgesceret, eo magis alteri altera tunica inhæreret. Verum enim vero siquis eam medio scinderet, illico concauitatem neruosam aspiciens, illiusmet quantitatem cõsiderabit. Qui quidem si paululum vlterius progrederetur, obuium sibi fieret collum carnosum, atq; musculosum, vt cũ opus esset, homo vrinam expelleret: idemq; cum a necessitate cogeretur, sanguinis superfluitatem, seu aquositatẽ in concauitate illa opportune aggregaret. Quod si casu aliquo vulneraretur, consolidationem integram reciperet, cum carnosum musculosumq; existat. Si vero profundius scilicet ipsa neruositas discõtinuaretur: nullo modo partium vnitas coiret. Quapropter summo opere cauendum est in administrando ipsum dilatans, ne tantum dilatetur q; ad ipsam continui dissolutionem attingat. Quod si ad hoc peruentum erit duorum alterum nullo modo effugeretur, aut infirmi perditio, aut mictus vrinæ inuoluntarius. Circa quæ ratione claudicantes ignari operatores, sæpissime cespitant. Quod quidem cautum erit, si prius calculi extrahendi quantitas fistula ipsa tẽtatiua cõsideretur. Quæ si oui magnitudinẽ in viris excederet: talis operatio, diligentiori solertia administranda erit: ne mali medici nomẽ

subeundum sit. Collum autem ipsius foratum est foramine paruo (quod os dicitur) per quod vrina defluit ad cannalem virgæ, ex quo ipsamet vrina emanat. Protensum est autem collum veficæ vsq; ad os fæmoris, cum quo virga continuatur alligata multis ligamentis & cordis: quæ oriuntur ab osse fæmoris, cum multis neruis ortis a nucha: & ideo valde sensibilitatis est, & idoneæ extensionis. Quemadmodum dicit Mundinus in tractatu, quem de anothomia composuerat. Verum hæc, quæ nunc de virga dicuntur, non sunt ad considerationem, qua vtimur ad calculi extractionem: ideo hæc nunc pætermittantur: quando ad id re grediemur, cum de ipsa incisione sermonem exquisitũ contexemus. Nunc vero de tẽporis electione quando ad id multum confert, aggrediamur.

Cap. iii. de temporis electione.

CVm animus noster dicere temporis electionem, quæ ad talem pertineat operationem consequendam maxime cogitet. Non ab re fore ducimus, vt paulo altius principium repeteremus, omittendo quæ de ipso accuratissime philosophi ratiocinantur. Verum cœlum primo ipsum more astronomorum fabricabimus, ad hoc vt facilius, quæ de eo dicuntur: percipiantur. Quãdo nostrum non esse censemus cœlos adire, circulos distinguere, & linceo: acutoq; intuitu gradus minutaq; subtrahere, & multiplicare regulis,

& ordine quibus vtuntur nostri conterranei. Ioannes Buttafoglia dictus, & Ioannes de Cichillis circa quæ adeo versati sunt, alter natura, alter vero arte edoctus, vt cæteris aliis eiusdem facultatis hac in nostra tempestate facillime antecellant. Ex quo illa vaticinandi facultas vna cum planetarum aspectibus & concubitibus exhorta est. Quæ quicquid mortali generi portenderetur, verificat. Quamuis finem aliquando frustretur propter voluntatem diuinam: quæ plerumq; solet alio ordine res humanas disponere, q̃ quo per stellas cœlum plurimis mortalium minitaretur, atq; ab humana coniectura conciperetur. Cum ergo ita sit, imaginemur secundum nostrum intelligendi modum cœlum ipsum talis modi indagine designari. Primo igitur ex circulis æneis duos magnos coluros dictos secundum globi quantitatẽ ac magnitudinem, construendi sese orthogonaliter inter secantes collocemus. Quarũ puncta intersectionum mundi poli appellandi sunt: quibus alium circulũ a polis æquidistantem superpositum æquinoctialẽ nominamus. Cui etiam vnus a dextris, alter vero a siniſtris circulus adiungendus est: quos ambos inter astronomos tropicos nuncupari cõsuetum est. Restant etiam duo alii inter polos & tropicos circulos situandi: quorũ enim vero arcticus circulus, alter hercle antarcticus dicitur: qui quidem omnes a polis paralelliter (vt ita dicam) in ipsa mundi machina imobiliter figendi sunt. Estq; alius circulus zodiacus dictus, in ipsa sphera aggregandus:

qui æquinoctialem interſecans, ab eodem in duas æquales partes interſecatur: quarum vna ipſius medietas obliquatur verſus ſeptentrionem, ſeipſam terminans ad circulum tropicum Cancri dictum. Altera eius medietas verſus auſtrum declinans, ad circulum tropicum Capricorni determinatur. Quã quam omnes alii circuli in ſphera veluti linea vel circunferentia intelligantur: tamen zodiacus vt ſuperficies intelligitur, in ſua latitudine duodecim gradus retinens. Scinditur autem ad imaginationem iſte ſecundum latitudinem in duas æquales partes: quarum diuidens ecliptica dicta eſt. Secundum vero longitudinem in duodecim partes æquales diuiditur, quæ & cœli ſigna feruntur: quorum nomina his verſibus continentur. Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraq, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces. Punctum autem interſectionum zodiaci & circuli æquinoctialis dicitur primus gradus Arietis: quando in triginta gradus quodlibet ſignum & gradus in bis totidem minuta diuidatur. Cum igitur Sol ſub ipſa ecliptica regulariter decurrendo. (Nam cæteri planetæ aliquando ſub ecliptica exiſtentes, modo ad auſtrum, modo ad ſeptentrionem vagantur) a primo gradu Arietis tria ſigna integre peragrauerit, vnam anni quartam perfecerit, quæ ver dicitur, quod calidum, & humidum eſt: vt refert Hyppocrates in libro, quem de aere & aqua, ac regionibus ediderat. Cum vero trium aliorum ſignorum gradus deflu

xerit, tunc aliam compleuerit quartam æstatem nominatam: quæ calida & sicca est. Si vero tria alia signa transfugauerit, iam aliam partem auctumnum dictam collegerit: qui & frigidus, & siccus est. Siquidem huic numero elabendo tria alia addiderit, hyemem: quæ frigida, & humida est, nobis assignauerit. Cum itaq; eo vnde anhelantes equos decurrendo fatigauerit: continuo labore conquassatus reuerteretur, vnica tamen reuolutione facta, tunc annum nobis annotabit. Quapropter creditum est annum his quattuor partibus constari: ex qua igitur anni diuisione facile cognosci poteſt, quæ pars maxime conducet huic calculi extractioni. Quanq; quælibet idonea sit lapilli extractioni: cũ a necessitate ad id aggrediendum compellamur. Verum tamen si indutiæ a talis modi ægritudine darentur, maxime illa eligenda est, quæ ipsius vesicæ complexioni conformis sit. Quamobrem auctumnũ in hoc primo eligimus: cum ipsius vesicæ complexio ratione neruositatis, & musculoꝝ frigida sit, & sicca. Quem postea sequitur amænum, floridumq; ver cũ æstatis principio. Verũ enimueto aliqui maloꝝ ventoꝝ fugiendi sunt, quales meridionales, qui omnino in tali re corruptiui existunt. Necnon hercle frigiditates actuales in hoc opere propter nimiam ipsorum mordacitatem cauendæ sunt, iuxta illud Hyppocratis. Vlceribus frigidum mordax cutim indurat, dolorem sine sanie facit, nigrores, rigores, spasmos, tetanos, & febres. Estq; alia tẽporis signi-

ficatio a planetarꝫ aſpectibus eligenda. Quẽadmo
dum ille facit meus conterraneus Antonius Piſcis
in omni ſua actione, vir quidẽ doctiſſimus. Cum
in tali operatione nõ minus Saturni q̃ Martis qua
dratura cum Luna, ſeu oppoſitio euitanda ſit: ma
ximeq; ſi Libra, Scorpiusq; vagãtem Lunam fue
rint hoſpitati. Cũ præcipiatur ab illo optimo aſtro
nomorũ iudice Ptolemæo in ſuo vigeſimo enun
ciato dicenti. Mẽbrum ferro ne percutito cum Lu
na ſignum tenuerit, quod mẽbro illi dominatur.
Quod certe ſilentio præteriiſſem, ni me admoniſ
ſet, vt id facerem, cum ſimul de aſtronomia ratioci
naremur quando idem ſatis deuulgatum eſſe cre
diderim, excellens dominus meus Federicus Car
rapha filius illuſtriſſimi domini Ioannis Franci
ſci Carraphæ Ducis Ariani: quo quidem filio non
Dux tantum, verum Rex, Imperatorq; gloriare
tur: quem ego credo naturam genuiſſe, vt mores
hominum edoceret, & ingenii vires experiretur,
militaremq; artem intrepidis conſtantiſſimiſq; ani
mo viris oſtenderet: cum non tantum litteris,
quæ proprie nobilium eſſe deberent, verum etiam
moribus, fortitudine, iuſtitia, temperantia, pietate,
& quocunq; alio virtutum genere homines illu
ſtrantur, præfulgeat, & decoretur. Quæ cum mul
tum afferat vtilitatis in omni ægritudine, in hac
potiſſimum vitam præſtat. Quam quis ſciuerit,
mirabilis, ſtupenduſq; diceretur: iuxta illud Hyp
pocratis in primo ſuorum pronoſticorum dicen
tis. Eſt etiam quoddam cœleſte, in quo oportet

ipsum medicum prouidere: cuius si tanta sit prudẽ tia mirabilis est nimiũq; stupenda: nõne illius est, ut futurum periculum uel omnino, phibeat, uel cõ petenti adminiculo tollerabilius fiat: & si moritu ro finem, alii uero salutem pronunciet, nunquid ac cusationem in altero meretur? Quod quidem ad uertens ille doctus Haly in prologo, quem in li brum Hyppocratis de esse ægrorum secundum Lu nam composuerat his uerbis prorumpens hęc ait. Dixit Hyppocras medicorum optimus. Si cuiusmodi medicus est, qui astronomiam ignoret: est enim tanq̃ cœcus uiam baculo examinans, huc il lucq; miserabiliter cespitans pro qualibet boni, maliue apparẽtia fantastica, & inani, ut fatuus trepidans, & exultans, nullus homo se mittere debet in manus illius: quia non est medicus perfectus, nec nomine medici meretur decorari. Quapropter non possum non deridere illos, qui astronomiam medico necessariam nõ esse dicant: cupientes hoc modo ignauiam suam tegere, & ignorantiam, fidem non præstando uerbis illius doctissimi uiri, quem fingunt hoc ipsum scripsisse, vt astronomiam, quam tanti fecerat, tali sententia illustraret: ad eamq; capescendam audientes, feruentius excitatos animaret: ueluti omnes faciunt auctores in suis operibus. Enimuero satis esset illorum fucata atq; colorata excusatio, cum astrologum magis q̃ medicum talem uirum censeant: Nisi huic uiro suppetias afferret, succenturiatusq; ueniret ille facundissimus magnusq; Galenus loquens in fine


tertii libri de ſpermate capitulo de cognitiõe ęgri tudinis ſecundum planetam, diem, & horã hęc ver ba: Scire etiam medicum decet planetam & ſignũ in quo æger ægrotare cęperit, & tempus ſecundũ diem, & horam, ſi infirmitas fuerit ſecũdum ſigna & planetas. Nam ſi accidentaliter ex acutione ſi gni, & planetæ eſſet, habet aliam diſtinctionem. Si uero medicus neſciuerit infirmitatem per nume rum. i. per naturam ſigni & planetæ, pſcrutetur pul ſum & horas, ut dictũ ẽ: &c. Hoc idem in canticis olfecit Auic. obſcurius tñ in. 403. dicens hoc mo do: Cauſa quidẽ criſis, ſi ſit eorum relatio uera, eſt quoniam Luna uariat actionem in morbis. & in 404 ſubiungit: Iam quidem peragrat & abſcindit celeriter circulum ſuum: eſt quidem cauſa celeris motus & mutationis: fortificatur quidem interdũ in hoc, & interdum debilitatur. Hoc aũt notum eſt in arte aſtronomorum: quid autem ſentiat in hoc princeps, Auerroes ibidem enodabit: Quapropter ſiquis hoc ſcire concupiuerit, cum aſtronomorum ſit, conſulat dominum Benardinum de Guidoctis Vicẽtinum aſtronomorum optimũ: qui qdẽ faci le agnoſci põt ſuo preceptore dignus dño Luca Gaurico Neapolitano oĩum aſtronomorum hac in nr̃a tempeſtate celebratiſſimo. Cui equidem, ſi ętas tuliſſet, prępoſuiſſem dñm Matheũ Thaphu rium Salentinum, qui ab omnibus tanquã Apol linis oraculum in aſtronomia ſane habetur. Quã tum ergo præſtet ipſa aſtronomia arti medicæ, te ſtes ſint ipſi Galenus in eodẽ libro, & Auic. cõtra

tales ignaros atq; audaces. Vt igitur reuertar ad sententiam Haly: Si ergo non est medicus, nec me dici nomine meretur decorari, qui astrorum scientiam ignorauerit. Quid ergo dicendum erit de illo, qui partē ipsius medicinę, seu (ut rectius eloquar) medicationis auersaretur: cū res medicationis una trium rerum compleatur: una earū est regimen & nutrientia, alia est medicinarum exhibitio, & tertia est manualis operatio: quam cum aliquis ignorauerit, non hæres legitimus, sed spurius ipsius medicinę reputandus est. Quapropter ut unusq; uere eius filius dicatur, exercere se debeat in qualibet parte ipsius medicinę. His igitur omissis, ad cuiuslibet instrumenti quo in tali re utimur, formam, & dicenda nomina accedamus.

De Instrumentorū nominibus, & figuris: Capitulū Primum de Fistula, siue Siringa tentatiua.


MAnifestum est igitur quēcq; artificem formā suorū instrumentorum, quibus in suo opere utendum est, necessario prēcognoscere, ac etiam materiam, qua ipsa conflanda sint: Ideoq; res modo nos conuocat huiusmodi instrumenta emoliri: quæ quidem promulgabuntur eo ordine, ac si ad ipsam operationem nos ipsi accingeremur: ad hoc ut facilius habeantur, de singulis singula capitula facientes, principium sumemus ab ipsa Fistula: quæ & alio uocabulo Siringa tentatiua dicta est, eo quia per ipsam in canalem uirgę posi-

tam exploramur intimos ueſicę amphractus, in q⁹ bus ſæpe latitare ſolet lapillus: quo humana natura ſæpenumero cruciatur: Cuius quidem forma talis eſt:



Eiuſq⁹ longitudo ſi tresdecim pollicum ſecūdū latitudinem ſuper impoſitorum, teretiſq⁹ figuræ, & ad modum fiſtulæ concauata, ſitq⁹ argento bono fabricata omniq⁹ aſperitate uacans, ne inter imponendum ueluti ſtrigil naturam irritaret: Sitq⁹ lubrica, tenuiſq⁹ ne multa materia grauetur: cuius extremitas, quæ in canalem uirgæ ponenda eſt, ſpherice ſit conſolidata: Verum ab ipſa extremitate parum altius, duo oblonga foramina ſibi oppoſita terebellanda ſunt: ex quibus urina (ſiqua in ea retenta ſit) cito per fiſtulæ canalem excutiatur: Altera uero extremitas, quæ uirgæ extremitatem ſupereminet, ad tubæ formam malleetur, nec ipſa recte diſtenta ſit: ſed ab ipſius dimidio uerſus illam partem, quæ ueſicam ingreditur, ſit aliquantulum arcuata, qua poteris longius ſpeculari, intimeq⁹ lapidem expiſcari: Scripta eſt igitur fiſtula, quæ & firinga tentatiua inter uulgares homines appellari ſolita eſt.

SVbsequitur hanc altera, non longe a prima dis similis, quę paululum grossior, solidiorq; dicta esse debet: Verum a dimidio sui, usq; ad extremum quod uirgam ingreditur, in sua conuexitate, concauam esse oportet: Cuius nomen Itinerarium dictum est, eo quia super ipsum nicisio facienda est: quoniam ipsa quo usq; ptendatur, nobis fidelissime collum uesicæ patefacit: unde sibi tale nomen assumpsit: Cuius enimuero forma talis est:



Concauumq; habet dorsum: ad hoc, ut cum incidi tur talem nouacula concauitatem ingressa, complet am incisionem, usq; ad canalē uesicæ impressam emoliatur: Qua propter solers, diligensq; sit operator ipse, ne hinc inde medietatem itinerarii relinquens, altius quam necesse est nouacula imprimatur: quod si accideret, maledicis, & inuidis operator, nedum infirmus miserrimo periculo exponeretur.

Capitulum .iiii. de Nouacula.

DEinceps necessarium esset, ut de nouaculę forma, cuius talis est




sermonem ipsi exordiremur: ni per se satis cognita existeret, quando barbitonsorum peculiare sit instrumentum qua cum uolunt barbā depexā abradere, uno ipsius tractu mille ruuntur pili. Verum tamen istam, qua nos ad hanc faciendā utimur operationem, macriorem, minoremue illa, quam utendam barbitonsores habent, necesse est esse: ne sua grauitate medicinales manus fatigētur: Cuius quidem acuitas tanta sit, ut uno impulsu concauitatem, quam in sua conuexitate itinerarium habet, quēadmodum cum de ipso loquebamur, diximus facilius attingat. Namsi secando incideremus, satis ipsam naturam, quæ minus q̄ possibile sit, fatigandа est, irritaremus, nullo postea sibi exhibito blandimento acquieturam.

Capitulum Quartum de Exploratorio.

IAm furtim & pedetentim locum sibi exploratorium uendicauit: quod ꝓpriū exploratoꝝ est, vt idoneo, aptoq; tempore inimicos, quos per lōgas insidiaꝝ obsidiones arrectis sensibus cubauerint,

ſciant taliter irretare, ut ab inextricabilibus nodis uix ſe collaqueatos ualeant diſſoluere Quapropter ne nobis ab eodem inſidię parentur, quod ſuũ eſt, ipſi modo tribuamus. Eſt igitur exploratorium, cuius forma talis eſt




Fiſtula argentea, quæ & uia dicitur, eo quia ipſam ingreditur inciſionem uſq; ad cõcauitatẽ Itinerarii quam in ſua conuexitate habet, & per eandẽ uſq; ad eiuſdẽ extremum, quod in ueſica eſt, delabitur. Quę cum illuc peruentum fuerit, ſtatim ſiquid urinæ ibidem fuerit retentum, exhauriet. Quod rectum & extenſum eſt ad quantitatem unius palmi, adhoc ut ueram rectam uiam, a qua nomen explorandi ſumpſit, ductoribus commonſtret: de qbus nunc ſermonem facere a nobis conſtitutum eſt.

Cap. Quintum de duobus Ductoribus.

OPerępretium eſt uidere, qua nunc maieſtate Ductores ipſi ad nos aduentantes incedunt, poſtulaturi ſua magnifica, & egregia facinora lȓis cõmẽdari, ceu militũ glorioſoꝝ mos ẽ, quos laudatæ gloriæ tẽtillago ad pericula ſubeũda cõpellare nõ deſiſtit, cũ cæteris omnibus ſe uirtute militari antecellere frequentiſſime iactitent. Quamobrem

ne a tali ſpe decidãtur, morẽ illis geramus neceſſe eſt. Sunt igitur Ductores argẽtei quos & alii ſtilos uocant, non multum ab exploratorio diſcrepãtes: Quorum quidem figura talis eſt




Eorumq; lõgitudo mẽſura duoꝝ unius palmi tertioꝝ menſuretur: uerũ ſolidiores, craſſioreſq; exploratorio eſſe debent, qñ p eos aperiens ſiue dilatãs in uulnus intromittẽdum eſt, a quo ductores ipſi nominati ſunt. Quoꝝ capita p duos digitos circũ flexa foramẽ habent trãſuerſale, ĩ quibus ſtili conclauãdi ſunt, ne inter indicẽ & mediũ digitũ collocati in ueſicam aperiens recta uia admiſſuri intropellantur. Quapropter cum tali opere glorientur, ſtant forti cõſtãtiq; animo indubitatã uiã aperiẽti inſinuãtes: quã ipſum ne timiditate quadã corripi uideatur, animoſius q̃ ſua ferat natura, aggreditur.

Capitulum ſextum de aperiente.

SI quis modo inſpiceret, qua hilaritate aperiens geſtiat, cum ductores locum, quem illud uiam

ad lapidem

ad lapidē extrahendum faciet, præparasset, ipsum deniq; crederet non minorem voluptatem animo fouere, quā qui ad diruendam vrbem, quę diu obsi dione milites fatigauerit, accinguntur. Quod qua li insultet apparatu, & forma: quæ talis est:



Nunc dicendū est: Conflentur igitur duo æqualia crura ferrea more forcipum conclauanda: quæ cla uata cum aperiuntur, crucem vnam conformabūt. Sed hoc maxime considerandum est, vt illa duo capita, quæ vulneri primo obuiabunt, sint in du plo breuiora, quā illa, quæ nostris manibus capu lum præbebunt quæ tali erunt curuatura cōplican da, vt cū aperiantur, duas constituant cruces: cum vero claudantur crux vna sine capite apparebit. His igitur huiusmodi fabricatis, duo Chalibis la tera ad quinq; pollicum longitudinem elongata inhærenda sunt: quæ in tres partes æquales diuidā tur, & in fine vnius partis, & alterius principio pat uum est foramen terebrandum, in quo vnum crus breuiū taliter est clauandū, vt libere more artuum in illo paruo foramine eludat. Sed breuior pars sit

illa, quæ primo vulnus ingredienda est. At vero extremũ duaꝝ aliaꝝ partium: quod crus maius abſciſſam intrauerit, vtiꝙ malleandũ eſt, quod vulgo dicitur rebattere, vt poſſit libere in talis modi cruris abſciſſione ſurſum, deorſumꝙ decurrere: eodemꝙ modo, & ordine alterũ latus componendũ eſt. Quo facto, iam aperiens, ſiue dilatans habebiſ. Cui etiam hoc addendum eſt, vt vna pars ſuperioris cruris, quæ manibus noſtris ſe capiendam præbet, alteram adſciſſam ingrediatur: ad hoc vt firmius in claudendo, atꝙ aperiendo ſit. Hoc etiam inſpiciendũ eſt, vt cum fuerit clauſum partes extremæ laterum, quæ retuſæ latitudinis ſint, in ſimul concurrant. Quæ ex parte ſuperiori, quæ cami inciſæ: cum in vulnus impellenda erunt, iunguntur, leuia ſint, omniꝙ aſperitate careant: ne cum ad operandum aptentur, vulnus valeant cruentare. Sicꝙ erit dilatans ipſum: quod maximo deſiderio, quãdo extractioni viam præparauerit, forcipem ad id patrandum aduentare deſiderat. Qua propter, ne tali auiditate priuetur, mordacem forcipem: quoniam ſine ipſo fruſtra operatum eſſet dilatans, confeſtim ſubſequi ordine ſuo præparemus.

Capitulum ſeptimum de Forcipe.

EN quo modo plauſu Forceps in ore patulo ferratiles dẽtes afferens viã ad doloroſum lapidem extrahendum affectat, annũ ſibi exiſtimãs quicqd tẽporis ad bolũ faucibus auidis capeſcẽdũ

elabat. Quapropter ne tali auiditate nos mordeat, manumq; scribentis aspiciens, quasi sese designari cupit: quæ sua propria erunt, dicere incipiamus. Verum quia forma ipsa, quæ talis modi est




omnibus nota est, cum sint duo ferrea astilia ad instar crucis insimul conclauata, nihil de eo esset dicendum: sed ne videamur aliquid, quod ad nostrum faceret propositum, dimittere, dicamus igitur q; cum fuerint ipsa astilia conficata simul, pars illa anterior, quam in concauitatem ipsius vesicæ impingemus, sit a commissura ad dimidium vnius palmi extensa ad instar anseris roſtri fabricata, cuius pars superior, quæ corpori adiungenda est, lenis sit, ne valeat naturam infestare pars vero interior aspera & spinosa, ne lapis quem cõprehenderit, possit ab eo; faucibus elicere. Posterior vero pars, quæ duos anulos nostro; digito; capaces habet, ad eiusdẽ mensurę longitudiné p̃ter anulos dictos ab eadem cõmissura elongetur. Quo facto ipsius longitudiné, qua nos ipsi idigemus in tali operatione, nacti erimus. Verũ a tergo ipso; annulorum duo parui vnci oriãtur: vt cum opus fuerit.

funicula,q̃ alligata vno anulo⁹ erit, ab vno vnco cõuersa in alterum alligetur. Hæc est igitur forma ipsius forcipis,qui sibi duo latera aliquando iungi uehementer uociferat: cum bolũ,quẽ ipse cõprehẽderat,præ magnitudine sine duorũ laterũ auxilio foras extrahere minime ualuerit: dicam⁹ ergo qualis sit illorum forma: quando forceps eorum suffragia in aliqua lapidis extractione aueat.

Cap. viii. de duobus lateribus.

HAEC Duo latera,quorum subsidia tantopere forceps inhiat, huiusmodi ordine consiciuntur. Calescat igitur Chalibs igne follibus insufflato. Calefactusq; in formam tetusæ latitudinis, quorum talis est.




tedigendus ad instar rostri anseris, vt de forcipe dictum est, malleis extendat ad tantã longitudinẽ, quanta vltimũ forcipis, quod in vesicæ cauũ intromittẽdũ est, valeat cõplecti ab ea parte cõmissuræ, quę operãtis manus inspiceret. Sitq; recte lõgitudinis, qualia sunt forcipis rostra: verum a parte post aliquantulũ curuet, & in formã temonis cõtũdat, quę pars sit quattuor digitorũ oblõga: & ĩ supficie dilatata scdm latitudinem vnius pollicis, multisq; foraminibus pforata. His igit peractis, vnũ latus erit confectum, eodemq; modo, & ordine alterum cõstituendũ est. Verum vnũ istorũ taliter aptandũ est, vt in eo æqualis tabella eludens, oppositis foraminibus supponat, vt latus alterũ ĩtra se cõcipiãt, quod conceptum in vno tantorũ foraminũ clauo paruulo suspẽso posito retineant. Quęquidẽ latera cum sic fuerint exposita, forcipẽ vnũ facient: quæ ita se habebunt, vt de forcipe dictum est, quando pars exterior leuis sit, ĩterior vero aspa, & spinosa. Quoniam hęc forcipis officio aliquando vna cum eodem forcipe fungent, tũ maxime quãdo forceps ab ipsa cauerna bolum prę magnitudine deficeret effodere. Absoluti igitur a de lateribus ratiocinari, subdamus nunc sermonem de frangenti in curam non admittendo, postea de verticulo agendũ erit, quod calculi euulsionem subsequitur.

Cap. ix. de Frangenti in curam non admittendo.

SVbsequeretur illud medius fidius instrumẽtũ pertractare, eiusq; formam, & modũ operandi

dicere, quod Frangens dicitur, nisi ab eo maximũ dum administraretur, periculũ talem ægritudinẽ patienti manibusq; precario expetiti præceptoris submisso inferretur. Quod cum ab exercitatissimo quoq; in operationẽ ducatur, fit, vt ne dum periculo, verũ etiam morti infirmus exponatur: obidq; de eo silendum, tacendũq; duxi: ne huic aureæ operationi incredulitas paretur, dũ a minus practicis, & expertis agitaretur: cum hac in nostra tẽpestate audaciores magis q̃ doctiores sint homines, sibiq; multum pręsumant, atq; arrogent, & videri magis medici q̃ esse cupiunt, imitantes sophistarum importunitates. Quapropter de eo nullam faciã mentionem in ipsa calculi extractione: tum quia multum in operando temporis consumitur, difficultiorq; fit eadem ab ipso magistro in tali operatiõe miserrimum patientẽ laceraturo, tum etiam vesica ipsa fractione conquassata aeri, & frigiditati exponitur: quo maxime ipsius cõplexio alteratur: ac ẽt longa lapidis frangendi inquisitione vesica sæpe læditur: & pestiferæ, lætalesq; inflãmationes excitantur: adhoc etiam vt secti in ipsa inquisitione deficiunt: præsertim cum maxima esset in tali operatione cura adhibenda, ne frusto abscissi lapidis vesica illisa ab eodem incidatur. Quẽadmodũ ait ille elegans facundusq; Cornelius Celsus. Quę pleraq; omnia miserrimæ necis causæ existunt. Cum talis modi operatio vno oculorũ ictu, si possibile esset, perstringenda sit. Quamobrem nos de eo silentes ad capitulum de verticulo dicendo accedamus.

POstquã lapillus forcipis morsu a domicilio: quod sibi paraue rat, fuerit euulsus, in cauũ illud est quoddã instrumentũ iniiciẽdũ, adhoc siqd lapidis, vel sanguinis coagulati sit ab ipso vesicæ fundo ad eiusdẽ orificium fideliter verrat ex quo sibi nomen verriculum vendicauit. Cuius enimue ro forma talis est, & fit hoc modo



capiat argentarius argentum, quod sibi oblatum fuerat, idemq; malleis distendat ad longitudinem vnius palmi. Quod distensum teretis sit figuræ, omniq; internodio careat, & asperitate veluti iuncus, qui limosa palude exoritur, in cuius extremitate, quę primo vulneri inherenda sit, pila vna argentea conglutinanda est: cuius quantitas vnius ceraſi magnitudinem non excedat. Stilus bono fiat argento, vt operator ad quam voluerit positionem, eum flectere, & complicare possit. Sicq; habebitur instrumentum, quod ego verriculum nomino, quanq; a vulgaribus vulgariter bucton dicatur. Cuius quidem operationem statim alterum instrumentum a me abstergens dictum subsequitur: de quo nunc loquemur.

VLtimo vero sequitur post verriculi operationem instrumentũ abstergens, eo quia illud, quod verriculum ad hostiũ vesicæ aggregauerat, istud auferendo abstergit, ex quo hercle dictũ est: cuius forma hæc est



quæ non multum discrepat a forma cochlearis, quo vtuntur Turci: ex quo etiam cochlear dicitur: cuius concauum debet esse oblongum: & in extremitate, quæ in vulnus immittitur, sit lunaris reductus: cuius extremitates per quattuor digitos in longum protrahantur: quæ in fine simul coeant. Vnde postea aptile manibus capescendum oriatur ad dimidium vnius palmi extensum. Verum in anteriori prora fundum sit altum, quod cum ad alteram sui extremitatem ducitur, semper ad nihilum deducatur. Sicq; erit abstergens, quod alii cochlear nominant, quo poterit, vt dictũ est, foras extrahi, quod in ore vesicæ fuerit a verriculo aggregatum. His igitur expletis necessarium esse duco, vt eo reuertamur, vnde hucusq; decessimus: postq̃ illud, quod iam promiseramus, omni nostra diligentia prestitimus.

ORdo, quē nos ante instrumentorū digressionem subsequebamur, quasi indignatus nobis non parum minitat: cum tanto tēpore sui īmemores uagaremur. Quamobrem ne iure de nobis conqueratur, nunc ordinē dissutum iterū cōsuere aggrediamur. Quapropter cū domū lapillo labōrātis primum ingressi erimus, locum inspiciamus, ubi nā lectulus, in quo infirmus situabitur, sternēdus est, ne uēti hominem denudatum frigore 'con quatiant, aut calore fatigēt: siquādo necessitas ęstatis tēpore talē esse operationē subeūdū angustiis, doloribusq; intimis fatigatū hominē astringeret. Quo quidē tempore talis est meo iudicio fugienda operatio, ne aliqua uulnus corruptione inficiatur. Et ideo tali tēpore huiusmodi officio fūgi oīmodo caueamus. Inuento igitur loco, tabella, siue mēsa taliter parieti clauis inhærenda est, ut si ab alīqua parte impelleret, cōstans, īmobilisq; maneat: qua superpositus lectulus ab ea parte, qua magister operabitur, talem accliuem situm faciat, ut cum in eum infirmus ascenderet, sedere potius q̄ cubare ab astātiū oculis cernatur. Quē cū nos in tali loco preparato locauerimus, bindis undiq; uinciemus. Verum quomodo sit ipsa ligatura facienda, eandem nos dicere modo tempus nactum opportunitatem uehementer deprecatur. Quare ne a tam assiduis precibus fatigemur, de ipsa ligatura capitulum proprium initiemus.

MAnifestum est illi medius fidius, qui hac in re bene considerauerit, magnã partẽ in tali operatione ligaturam possidere. Quoniam nullo alio modo ita idonee administraretur, sicuti hac, quam nos dicemus, ligatura, quæ huiusmodi esse debet. Capiantur p illius constrictione duæ ęquales bindę longitudine sexdecim palmorꝫ cõmẽsuratæ: quarũ una alteri in medio ipsarꝫ concatinẽt, quę sic insimul anellatæ humeris incidendi applicentur in ea parte, quę collum dicitur, quã ab uno latere minister unus firmiter teneat, ab altero uero magister hoc modo incipiat ligare. Sumat duo capita unius bindæ, quę sub ascella ad funis formã cõtorqueat: sicꝫ complicando descendat quantũ ipsum adiutoriũ extẽditur: deinde liget crus iuxta poplitem: eodemꝫ modo, ut prius fecerat, descendendo ueniat prope calcaneum: postea uero incruciet ipsa super pedis ceruicem bis pedem circundãdo, iterum in pedis ceruice cruciet: quæ postea in eodem loco, uel si lõgiora fuerint, in sura connodet. Quo facto altera duo capita, quæ minister gubernauerat, manibus suis apphẽdat, & ab ordine nõ discendendo, alterum infirmi latus hmõi capitibus firmiter arctet. Sic itaꝫ erit ligatura finita. Expeditus igitur a tali ligatura operator ipse incisioni se maxime prępparet cum suis instrumentis, vt ordine incisionem talem subsequatur: nũc uero quo modo id faciendum sit, dicere proposuimus.

ANtequam in exequenda incisione manus cō ferat, sua instrumenta, de quibus iam superi⁹ disseruim⁹ ordine quodā disponere medicū opor tere censemus, ne dum uno indigeat, alterum sibi a minus solerti ministro exhibeatur. Quoquidem non parum in operando intertineretur, dum pro pria utenda sibi expoſceret. Qua propter nequid temporis frustra labatur, nunc ipsum operaturum cum instrumentis exponamus. Postq̄ igitur lectu lus in quo æger ipse cubandus est, omni diligētia ut superius dictum est, cum de eo sermonem facie bamus, stratus sit, anteq̄ incidēdus bindis irritetur, clam, furtimq; sua furripiat instrumenta: ne talium apparatu infirmus expaueſceret. Quę inter tunicæ & diploidis manicas omnia disponat argentea, or dine quo superius scripta sunt, a fistula ipsa tentati ua per cætera discurrendo, donec ad ipsum dilatās se applicuerit. Quod propter distenta brachia in caligis super umbilicum est celandum. bidēq; for ceps parum inferius occultandus est, quē ultimo, p pter affinitatem, quam secum duo latera contraxe rant, in huiusmodi extractione commode subse quetur. Idq; etiam fieri debet, vt aliquantulum ca leſcant, ne sua frigiditate ualeant ueſicam alte rare: cum ipsa frigiditas nedum inimica sit of ſibus, dentibus, neruis, & medullis: uerum etiam humani corporis destructiua. His igitur sic ab ſconditis, debet etiā manicas ambas paruo linteo

panno annodare, tum ne instrumenta, dū infirmus pertractetur, toruis oculis ab eodē inspiciant, tum etiā ne a sanguine, siqd ab ipso uulnere effluxerit, eiusdem manus cruentent. Sic itaq; magister ꝑparādus est, ut a tali operatione expeditius absoluat.

Cap. vii. quo modo sit exequēda lapidis extractio.

POstq; ab illis, quæ necessario incisionem præterierant, pedetentim recessimus, & ad eam ꝑpatrandam in ipso tempore accessimus, quā omni qua decet, cura, diligentia, & attentione nunc perstringemus, hęc duo ante incisionem quando ad ipsam non parum adiumenti afferant, necessarium esse medicum animo, & oculis prouidere, necnon fistula tentatiua diligenter expiscari, omnibus, qui rationibus idem considerabunt, facillime apparebit. Quoꝝ primum est incidendi urinam inspicere, inspectamq; considerare, siquæ sanguinis guttulæ in ea apparuerint, uel eadem sanguineo rubore infecta fuerit. Quibus quidē uisis, statim ipse asperum, spinosumq; esse lapidem pronosticabitur. Huius autem signum est, ꝙ in mingendo doloribus atq; incensiuis ardoribus miser infirmus cruciabitur. Si uero eadem lactea, turbidaq; extabit, leuem, lubricunq; lapillum foras eiiciendum dicere minime erubescat: eo maxime ꝙ pronosticum signo huius modi corroborabitur. Nam cum minxerit, pondus quoddam circa pudībunda sentiet, & dolores non incensiuos, sed potius propter uri-

næ detẽtionem,qua uesica distenditur,grauatiuos patietur. Cũ uero his signis operator certior factus fuerit,accepta fistula tentatiua(quod secundũ erat considerandũ,& prouidendũ)& in uesicæ canalẽ iniecta incipiat calculum explorari, atq; expiscari: quo inuento,leui manu circa lapidẽ fistula, cuius rei causa adinuenta fuerit,circũducatur. Quo facto ni hebes,plumbeusq; fuerit operator,eidẽ quãtitas lapidis manifestabitur,quæ multum proderit ad dilãtantis operationem. Nam si paruus,paruam, si uero magnus fuerit lapis,amplioré dilatantis apertionem faciemus. His uero prælibatis, incisionem ipsam nunc aggredimur. Purgato igitur secundũ humoris exigentiam,ut in principio dicebamus, & situato ligatoq; infirmo,ut in propriis capitulis superius diximus, tres oportet medicũ ministros secum habere: quorum unus manu sinistra a femore proiecta,ambos testiculos sursum ad pectinem comprehensos attrahat: dextera vero manu compactis,æquatisq; digitis,pelliculam ad sinistrę natis latus contrahat: vt commissura ad latus declinet ne super ea incidatur quoniam esset malum Est enim commissura secundũ experientię ueritatem locus mortalis si super ipsa incideretur Cuius diligẽtia sit,talisq; pudibũda æqualiter cũ pellicula distenta firmiter teneat,quousq; operator suum perficiat opus. Duorum quidem aliorum unus sinistrũ,alter uero dextrũ pedẽ firmiter cõprehẽdat, ne in utrũq; latus in administratione infirmus uacillet. Quo facto,ante pudibũda,obscęnaq; mẽbra

operator ipse geniculetur: eodēq; modo stans, primum nouacula pilos inter anum, & coleos natos abradat, postea bene rationibus examinet, ubi nā incisio facienda sit: cū in hac male examinata duo possint nocumenta insurgere: quorum primū erit inuoluntarius urinæ mittus, tum maxime hoc accidet, si musculorum os urinam constringentium incidatur: qui prope os femoris terminantur, cum quo uirga ab osse femoris exortis alligata neruis iungitur, ut in anothomia dicebamus. Alterum est hercle, quod non sine mortis periculo fieret, si multum inferius iuxta anum abscinderetur, cum maxime uereremur, ne aliqua emorroidalium uenarū incidatur, unde multum sanguinis superflueret, tū etiam ne in dilatando aperientis operatio multū extenderetur ad ipsam uesicæ neruositatem. Quā obrem ut hæc omnia declinemus, locum ipsum designabimus inter anum, & ossis femoris extremum, quod duorum extremorum medium dictū est. Quo designato erigat se, & manu siniſtra, vel dextra, si siniſter erit, priapum accipiens, dexterave ro, uel econtra secūdum q̄ magis idoneus, aptusq; fuerit, instrumentum itinerarium in eiusdem canalem imittat, & complicando instrumentum uersus umbilicum usq; ad uesicæ cauum impingat. Iterūq; uersus eo unde surrexerat, pollice, ac indice manus siniſtræ firmiter capiat quicquid itinerarii superius eminuerit, quod umbilicum uersus deflectat. Altera uero totius manus parte priapum ad se, impellat, & manus dexteræ auriculari digito lo

cum,in quo incisio fiet,super itinerarium frequenter palpitet:quem(si tensum inuenerit, sin autem non,manu siniſtra tantum itinerarium impellatur donec locus incidendus intendatur)uno impulsu incidat a latere dextro ,si dexter erit,sin autem siniſter,a siniſtro secundum longitudinem.Nam secundum hanc incisionem facilius uilli musculoꝝ, & incisa cutis,quando suas sequetur rugas, consoli dabuntur.Quapropter nō possum scriptores alios non admirari,teqꝫ pręsertim mi Celse Corneli, cū alii secundum latitudinē uillorū tuqꝫ rugaꝝ incisionem faciendam esse iusserunt,cū in idem maxime inciderent,quod euitādum duxerāt tali facta incisione.Quis ergo in hoc dubitaret,siue distensus siue quauis corporis positione cubaret ,dummodo crura simul coirent,uulneris labia nō parū distarent:quod in tali loco fistulę generandæ fomētationes administraret frequentissimo urinæ stillicidio.Quam si iuxta rugarū longitudinem,& villorum positionem situaremus,esset mirabile dictu q̄ citissime coeuntibus labris consolidaretur.Igitur ne in talem errorem incurrere ualeamus,fiat incisio secundum longitudinem & eo usqꝫ nouacula imprimetur,donec operator ipsam in cauum, quod in cōuexitate est itinerarii, penitus elapsam senserit:ibiqꝫ parum secet,adhoc ut superficies canalis interior resecetur.Cuius longitudo sit ad unguis pollicis latitudinē, aut parū plus.Quo facto p̄cipiat aliquē tenere nouaculam in ipsa incisione donec exploratorū acceperit:qđ per latera ipsius

nouacule aliquantulum inclinatæ intromittat in cauum ipsius itinerarii, qđ per idem ad ultimum eiusdem elabatur: Quod cũ tetigerit, in concauitate erit ipsius ueſicę: ex quo cum illuc peruentum fuerit, ſiquid urinæ fuerit retentę, foras effluet, quẽadmodum in ſuo capitulo dictum eſt. Quod cum factum fuerit, altera manu exploratorium in eodẽ loco conſeruet: altera uero intinerarium a uirgę canale euellat. Deinde unum ex ductoribus ſumptũ per latera eiuſdem exploratorii, ne rectam uiam ad ueſicam exorbitet, immittat. Quo poſito, exploratorium ſuo functum officio foras eruat, idq; perpa trans, alterum ductorẽ per ſocii latera ipſe operator in ueſicam impellat. Quos poſtea inter indicẽ, & medium digitum receptos, & conclauatos, ut in ſuo capitulo ratiocinati ſumus, tantum ſegreget, quantum ipſi inſtrumentum aperiens, ſiue dilatãs inter ſe ualeant collocare: inter quos operator per coſtas ponat ipſum aperiens, poſitũq; in ueſicam impingat continuo, uniformiq; impulſu, ne impulſus uariatione natura irritaretur: hoc ſemper tamẽ aduertens, ut ductorum unus dextro, alter uero ſiniſtro lateri adhæreat taliter, ut ab ipſis coſtæ aperientis in ueſicam labi uideantur: quod tantum intrudi debet, inquãtum parum ipſorum laterum ſuperemineat. Quo facto, conſtringatur ut fiat dilatatio tanta quanta indigere videatur exiſtimata lapidis magnitudo, quam dum ipſe exploraretur, medicus conciperet: per quam ſtatim forceps in ueſicam per eoſdem ductores iniiciatur. Vbi iniectus

eſt

est ductoribus exemptis in vtrũq; latus inclinandus est, vt appareat lapillus, & teneatur: quia si apprehensus est, ille simul inclinabitur. Quem cum apprehenderit, nulla vi propter festinationem admota extrahat, si paruus, siue lubricus, aut spinosus sit. Si vero magnus quem propter boli magnitudinem cognoscemus, non est sic simpliciter extrahendus. Sed quid agendum sit, modo dicemus, quando varietas rerum quasdã etiam animadnersiones desiderat. Cum ergo bolum adeo magnum cognouerit, vt vix aut nunq; ab ipsa dilatatione extrahi possit, hoc præcipue agendum est, vt forpex ligetur a parte posteriori in vncis taliter, ne possit elicere bolus quem momorderat: deinde medicus capiat illa duo latera, de quibus dictũ est in suo capitulo: quorum vnum per incisionem forcipi subdat, intantũ q; cognouerit super ipsum lapidem collocasse. Posterior quidem pars eiusdẽ superemineat: alterum vero forcipi superimponat: & per incisionem vsq; ad lapidem impellat, donec idem lapidi supereſſe concipiat. Pars vero eiusdem posterior deorsum aspiciat taliter, q; cum altera crucem facere videatur: deinde tabella illa, quæ more artuum in vno laterum eludebat, sicut in capitulo eorum diximus, vnum cum alteto aggreget, & crucem vnam constituat, quam tantum poterit dilatare, quantum ad extractionem lapidis necessariam esse præsenserit. (Cum hac via poterit extrahi lapis quãtuscunq; magnus sit: licet ipse in capitulo de anothomia dixerim, si oui quantitatẽ

excederet, diligentiori solertia extrahendus est, ne nomẽ mali medici subeundum sit: quod equidem nõ ob aliã causam dixi, nisi vt iuuenes anteq̃ exercitarentur apud exercitatũ prę ceptorẽ, ne in ipsam lapidis extractionẽ temere irruerent: cũ nihil pensi habeant hominem lacerare, dummodo sui desiderii compotes efficerentur). Quod cũ fecerit, clauo illo paruulo conclauet: sicq; duobus forcipibus lapis ille cõpræhensus erit. Quem postea leniter parumper extrahat manibus suis ambos simul forcipes sumentibus, hoc deniq; modo calculus foras euelletur, Quo extracto capiat statim medicus vericulum, quod & bucton dicitur, & in vesicã immittat, quod immissum in girũ per vesicam ducat, quę rendo siquid lapidis, vel alter intus remanserit, quãdo non vnus, nec duo, sed quattuor, & octo interdum inueniantur. Quod facile cognoscetur, si lapidem foras extractum manibus acceptum medicus diligenter inspiciat: quẽ si ab vna patte compressum eadẽq; lubricum, & confricatum, quando id ex duorum vel plurium illisione, & confricatione fiat, esse cognouerit, statim alterũ forcipe extrahat, extractũq; consideret, si priori similis esset. Si vero ex pluribus partibus compressus esset, alterũ intus esse iudicabit: si vero non, exhaustam lapidibus vesicam esse dicet. Cum ergo nihil inesse intus certificatus fuerit, vltimo sumere debet instrumentum abstergens, siue coclear dictum, quod per incisionem in vesicam impositum, quicquid sanguinis cõgelati sit, foras educet, & hoc nõ bis, sed ter, qua

terq;,vel totiens quotiens necessitas ipsa exigeret, reiterari debet sitq; diligens operator dum cochlearis officio fungatur ne aliquod lapidis frustum remaneat si casu aliquo a forcipis morsu exilierit causa iterum facilis regenerandi lapidis. His igit hoc ordine expeditis, vera indubitataq; lapidis extractio complebitur. Quo meus magister vsus est, & frequenter vtitur Ioannes de Romanis Cremonēsis de Casali maiori Romanus incola. Cui etiam pleriq; omnes inuident, cum ipsi sexaginta annis chirurgiam exercuissent,& nunq; attingere potuissent hanc veram,& nouam artem de lapide extrahendo, quam ipse a natura institutus reperisset. Ideoq; nunc Deum exoremus, vt hunc virum nobis conseruet, quando ipsa natura eum genuisset, vt præsidio,subsidioq; esset humano generi, quod per tot sęcula doloribus lapideis cruciabatur. Qua propter desinat illa priscorum authorum fama tollere se cœlo, quam laudat longa vetustas hyppocratico sacrata preconio,& huius viri gloria per infinita sæcula propagetur.

Cap. viii. quo modo incisio seruanda a nocumentis custodiatur & qui sit iacendi modus.

EVulso igit lapide,ordine,& modo,quo superius dictum est, ante omnia incisus a vinclis soluendus est,solutusq; alio a priori longe dissimili ordine ligandus est, qui talis esse debet. Capiat vnā bindā operator,eamq; per renes deductā super pectinē circūcruciet, capitibus cuius coleos circū/

uolutos tantũ superius attrahat, quantum per ministrum distensi tenebãtur, adhoc vt pellicula illa, quę in peritoneo est, distendatur, & labia vulneris facilius coeant. Tum etiã ne sanguinis fluxu: si in ea acciderit, testiculorum pellicula siue oseum impleatur, vnde facilius æstiomenarentur & esset error peior priori, nam si prius doloribus cruciabatur, tunc acherontis impulsu cimbã ascendere trudetur summo cum operantis dedecore. Hac deniq; ligatura facta pręcipiatur infirmo assurgere: qui cũ primum assurrexerit, in lectũ deducatur, ductusq; cubat in eo tali positione, qua sibi cõmodius quiescere visus sit. Verum sub eiusdem natibus sacculũ sursure plenum magister æqualiter distendat, vt cum vrina ab incisi vulnere distilletur, in eodem imbibatur. Collocato igitur infirmo, pannis calidis super ventrem, eiusdemq; pedes vtendum est, vt vulnus a nocumentis, quæ per algorem induci poterant, præseruetur: sicq; ipsum vulnus talis modi administratum naturę ipsi dimittemus, nullo sibi exhibito medicamine: quod tali tantaq; diligẽtia custodiet, quanta vllus vnq; vti in huiusmodi curatione valuerit, pręsertim cum in omni ęgritudine maxima sit curatrix, medicus vero eiusdem diligens, solersq; minister.

Cap. ix. in quo dieta ordinatur.

NEcessarium est enim, postq; ipsum collocauimus, ordinare dietam, qua suam degat vitã:

cum impossibile sit sine nutrimento homines nutriri quare quid appetendum, quidue fugiendũ in hac sit ægritudine, modo enarremus. Locato igitur infirmo die primo exhibebimus panem brodio pulli sine sale imbibitum, atq; vinum bene lymphatum potui propinemus: cum omnino pessimum & mortiferum sit aquam puram, siue coctam exhiberi. Sequenti vero die poterit gallinam cum quadam moderatione comedere, vel carnem arietinam, vitulinam, atq; hædinam, & fere quæcunq; sint facilis digestionis, & boni nutrimenti, fugiendo cibos grossos, quales sunt carnes bouinæ vaccarum, bufalinæ, atq; auium paludestrium: & denicq; omnia summa cum diligentia declinet, quæ possint lapidẽ regenerare, quales sunt pisces, fructus acetosi, & virides, panis azimus, & crudus, caseus recens, uinum grossum, atq; turbidum, aqua quoq; turbida, & quæcunq; sint uiscosa, & difficilis digestionis, & mali chimi. Cum præsertim ab omni repletione, & crapula se cauere debeat. Et si forte in media nocte potum auide inhiaret, quoniam aliquando genio indulgemus, buccellam panis bene fermentati igne aliquantulum torrefactam vinoq; imbibitam prius comedat: quam postea vinum vnius cyati bene aqua pura, & cocta lymphatum subsequatur. Isto ergo ordine per octo dies vtatur, deinde ad pristinum suæ vitæ regimen se conuertat, semper illo intellecto, vt aqua tanq̃ res perniciosa & humanæ vitæ calamitas deferatur.

EXpediti ab ipsa dieta, deinceps dicere debemus, siqua in ea curatione acciderint, quæ ipsam valeant impedire, adhoc etiá vt ipsa corrigantur, ordine subsequamur. Primũ omniũ est ventris arefactio, quã ego secũ detentionem appello, circa quã insistendũ est alternis diebus clisteri ex hominis vrina, & melle, atq; oleo cõmuni secundũ quantitatem qua indigeret addendo salis parum. Et si febricula aliqua (nam hęc aliquando a primitiua causa oritur) pullularet, curanda est secundum suũ periodum syrupis talis modi febriculę appropriatis, in quibus aqua non vtatur infirmus. Nam ea, sicut superius dictũ est, tanq; pestis a medico fugiẽda est. Et si forte intercurandũ euacuatione indigeret, id enemate dicto faciat, addendo aliquid humoris peccantis eductiuum. Verũ mihi in hoc magis complacitum est, vt si sola dieta febricula prostranda sit, q; ad vlteriora minime procedatur: idq; totum secundum humoris peccantis exigentiam prouidendũ est. Et quia posset aliquãdo sanguinis effluere, regendus est cũ pannis lineis bis triplicatis in aceto, & sale imbibitis circa vulnꝰ applicatis. Cũ talis modi medicamina repercussiua non in loco, sed circa locum vulneratũ administranda sint, iuxta illud Hyppocraticũ. In his vero oportet frigido vti: vnde sanguis fluere futurus est nõ super loca sed circa ea, ex quo apparet error nostrorꝝ chirurgorꝝ super vulnus frigida applicantiũ &c. Quãdo

hoc non sufficeret, cucurbiculę coxis & fæmori adhibendæ sunt: quæ diuertendo sanguinis fluxum opprimunt. hæc de sanguine reprimendo sufficiāt: quando speciale capitulū in meo cōpendio, quod de chirurgia scripsimus, inueniatur: ad quod recurrendū est, si emorosagia sanguinis operatorem nimium molestaret. Si autem aliquid sanguinis in vesica concretum sit, cuius rei signum est, vrinæ detentio: & cum emittitur vrina, conando aliquid de sanguine concreto ad muscæ quantitatem vna extramittitur, vel imus venter intumuit. Quæ cum apparuerint, a vulnere per siringam in vesicā inicitur talis lotio, quæ aceto, & sale cum hominis vrina componatur, secundū quod extimatū est sanguinē induruisse: qua quidē eliquatus (qm̄ incisiuam habet virtutē) frustratim decidet. Si vero adhuc detineretur: per plagā verriculū, quod & buctō dictū est, immittendū est: quo quicquid sanguinis concretū sit, foras poterit educi, nullo in vesica dolore causato: quando hoc maxime effugiendum est, ne sua irritatione natura prosterneretur taliter q̄ postea nullo sibi ptæstito adminiculo eleuarē. Cum ergo ab istis plagatū ipsum esse tutū per tres vel quattuor dies cognitū fuerit, statim tota medici intētio ad vulnus cōuertat: in quo siquid humidæ carnis oriretur consolidationē impediens puluis aluminis Rochæ cōbustæ ponēdus est, aut puluis ex conchaꝝ marinaꝝ testis in furno combustis superinspargatur. Quo nihil est præstantius, & magis talis modi vulneris consolidatiuum. Oriuntur

autem hæc conchilia Taranti quorũ exterior corticis color subniger est, interior vero margaritis, siue perlis similis. Ipsorum quidem forma iuxta latitudinem duorum, at secundum longitudinem quattuor digitorum est, secundũ quod maius, vel minus est. Verũtamẽ non amittet formã qualẽ natura sagax illis specificam p̃buerat. Hæc igitur accidentia sunt in tali curatione emendanda, summaq; diligentia animaduertenda, post quæ sanitas nullo pretio comparanda in Dei nomine consecuta erit: cuius nomen per infinita sæcula collauderur, sicut ipsa meretur celsitudo.

Cap. xi. quo modo mulierum cura sit faciẽda.

HVcusq; de cura, quæ tam iuuenibus, senibus atq; ipsis adolescentulis cõmunis est, ratiocinati sumus secundũ nostrum operari: quod tantũ in se securitatis habet, quantũ vlla vnq̃ lingua dici potest: adeo q̃ ipsa operatio aurea appellari meretur, non quia ipsam operamur, sed quoniã tutissimos effectus in huiusmodi operari assidue sortitur. Quapropter neminem posse hac via periclitari creditum est, vt ipsa experientia operationi quotidie astipulari videtur: præter illum, quem Deus opt. max. ob scelerum nefandorum perpatrationẽ, voluerit hac summa punitione punire. Quãobrem vnusquisq; in vita sua ita se præparet, ne ira omnipotentis Dei quæ ad vindictam lento gradu procedit, eiusdem turpissimis sceleribus irascatur.

Nunc uero ab ipsa ratione discrepare non uidetur: si quid etiam de curatione paupercularum mulierũ diceremus. Quæ licet raro subiiciantur huic ægritudini, tamen aliquãdo adeo infestantur, vt gemitu, & ululatu sibi plerunq; mortem deprecantur. Iccirco ne genus fœmineũ timidum atq; pusillanimum ibi relinquatur: vnde homines fortissimi, atq; animo constantissimi sese exemerunt: dicamus earum curationem, quæ similis est illi, quam masculis tradidimus in exequenda lapidis extractione. Verum quædam fœminarum propria considerãda sunt, anteq̃ ad incisionem accedamus. Cum primum mulier se pertractandam medico obtulerit, eam medicus, qua decet reuerentia, & honestate, omni animi procacitate deposita, incipiat blandis, phaleratisq; verbis alloqui intemeratam raciturnitatem, qua plurime capiuntur, & sanitatem prospectam offerendo manibus eandem capiat, quando natura ad id exequendum tenitentes sint, & in locum collocet præparatum, collocateq; instrumento uesicam incipiat inquirere, & lapidem expiscari. Quem si paruum esse cognouerit, quod facile (sicut dictum est in superiori cura) fistula tentatiua circa lapidem circunducatur manu leui, omnino cognoscetur, naturæ ipse relinquatur: cũ is vrinam in ceruicem non compellat, quæ breuior, & laxior est, q̃ in maribus, ex qua sæpe per se excidit. Si uero magnus fuerit eadem curatio, quæ de maribus est dicta, necessaria erit mulieri talem calculum patienti. Verum locus incidendus eligatur

inter os femoris,& urinæ iter in mulieribus,quando non multum propter collum matricis inferius descendere licebit hoc scilicet ordine. Posito igitur itinerario in vesicę canale, quod medicus extra ad se impingat,vt dictum est, cum incisionem facere superius volebamus. Ministet vero capiat cunni labrum ipsius lateris,in quo fieri debet incisio:& ipsum ad se attrahat taliter,ꝙ locus incisioni late pateat:deinde incidat in latere dextro vel sinistro secundum ꝙaptius ad manum venerit per distantiam vnius digiti ab osse femoris: & facta incisione ordine vti debet, quo in administrandis instrumentis vtebamur:cum lapidis a viris extractionem tractabamus.Nec quenq̃ decet terreri, si plus sanguinis ex muliebri q̃ virili corpore profluxerit: ad quã curandam omnia,quę dicta sunt in superiori cura,huc tramsportari facillime poterũt. Hęc est igitur cura ipsarum mulierum,quæ ad talem operationem subeundam hæreditaria passione aliquando impelluntur.

Cap.ultimum exhortatorium ad eos, qui uolunt hanc artẽ exercere,quid facere debeant.

POstquã igitur quod amicis,vt uires nobis,& experientia suffecerunt,omni diligentia præstitimus, iudico oportere modo aliquãtulũ ratiocinari cum illis,quos uideo deditos esse medicinę chirurgicę:ne ita prępicipites ad eã ꝑuenant, anteq̃ se exerceãt cũ aliquo bono exercitato ꝑceptore. Cũ

omnis doctrina, & omnis disciplina ex ptę existẽ-
ti fiat cognitiõe, vt Aristoteli placet. Cognitio aũt
est (ut ad meũ eloquar propositũ) vt uideant p̃ce-
ptorẽ operari, & quæ inter operãdũ recordatione
digna se ptębent intimę suę memorię recõdãt: vt
si quãdo operari uolũtas eos cęperit, uideãtur sibi
ac si corã ptęceptore operarentur: unde suę om-
nes operationes fęlicitabũtur, quãdo aliter ipsam
operationẽ impossibile esset haberi, maxime si in-
strumẽta ignorarẽtur. Cũ nos uideamus non solũ
artificem, sed & natutam ipsam ociosam esse, cum
ad operandum debita instrumẽta sibi defecerint:
quod maxime patet, si sensuum sensationes obtun
derentur. Qua propter qui hanc artem exercere uo
luerint, ne dedignentur, si ipsa ignorauerint, sibi
aliquem præceptorem parare, a quo modum ope-
randi & utendi instrumentis fideliter ediscant. Cũ
talismodi operatio non circa bruta, sed rationalia
animalia frequentissime uersetur: Quæ circa siqui
quod necessarium esset allucinarentur, ad Caron-
ta miserrimum hominem migraturum propria
ignauia cruciabunt: pro cuius uindicta nõ solum
cœli, elementaq; aderunt, sed in posterum crucia-
tus gehennę, vt ipse ait Mesue. Quamobrem, vt
hæc omnia declinent: & ne huic certissimę opera-
tioni incredulitas illorum audacia & ignauia pa-
retur, omnes illos rogatos esse uolo, ut quoad ua-
luerint, diligenter operam nauent huic facultati,
qua non solum amicos, quorum consuetudo dele
ctabilis est uerum etiã incredibiles opes, ad quas

cupidi,& auariſſimi homines inhiant, atq; curſitant,domi tutiſſime congregabũt,illuſtreſq; fient. Cum omnis peregrinatio ignota, obſcuraq; ſit, quorum induſtriæ domi & operationes illuſtres eſſe poſſint. Quod ſi facient, vt ſpero, quando animam ſe habere ſentiant, Deus optimus max. a quo omne bonum dependet, mentes eorum ad operandum illuſtrabit gratia ſancti ſpiritus, & operationes omnes fęlicitabit, & proſperabit: cui gratias agimus infinitas, cum dederit nobis perficere hoc opuſculum: cuius nomen ſemper ſit collaudatum, & benedictum per infinita ſæcula ſæculorum.

AD DOMINVM FABIVM DE SYroddis Romanum artium medicinęq; docto rem inſignẽ, cęteroſq; amicos.

EN qđ me tãtopere petiiſtis, ĩ noſtra parua officina excuſum vobis trãſmitto, quod perinde erit, vt vos illud accipietis, atq; a maledico tuebimini vobis occurſuro: Qui ſi maledicere perget, meo hęc illi noĩe dicitote: Si merã liberãq; maledicẽdi facultatẽ nãciſci deſideras, cõſimile ędito: qđ ni factũ fuerit, tibi dica iniuriã: aſcribetur, & tanq̃ fur maledicuſq; in ius deductus publice de tuis ſceleribus plecteris. Cęteraq; tuę mi Fabi prudẽtię ingenioq; cõmitto, quo alios in diſputando vincis, eodem maledicos ni mea ſuffecerint, coercito, acutoq; rationum ſpiculo eoſdem nauiter perterrefacito. Valete omnes, meq; veſtrũ eſſe non dubitetis.

IOANNES DE ROMANIS DE CA sali maiori Cremonensis Chirurgus Maria- no Santo Barolitano Physico & me- dico excellentissimo. Salutem. D.

NOn Leui certe lętitia affectus sum, Mariane charissime, cum libellum tuum de Lythiasi, eiusq; remediis, non absolutum modo, uerumetiã Chalcographis ędi paratũ vidi, De quo, vt tibi ve- re meam promam sententiam, posse eum existi- mo fieri salubrem, & noxium. Mirabere quando hæc audies, quasi non probem. Non mirabere, si consideres, ac perpendere velis, quæcunq; in hu- manis sunt, eiusmodi esse, bona, si bene vtantur ho mines, mala si male. Si itaq; opus hoc tuum ad do ctissimorum & tui similium peruenerit manus, nõ dubito fore, vt & propter rei nouitatem, de qua adhuc scriptum nõ vidimus, & propter ingenii in iis excogitandis acumen, & ob apte disposita mẽ- bra, atq; elegantiam, summas, ac prope diuinas lau des indipisci possit. At rursus cum Empericorum patebit iniuriæ, qui nil prorsum pensi habent, nisi vt prędentur, & in coccineaveste, & crepidis, gestu composito, quicquid animi, aut virium habent, lin guæ cõmittunt, vulgumq; fallunt pessimi Circula tores. Tum ego (ni me coniectura fallit) vaticinor fore, vt magno plurimorum malo opus hoc pro- deat. Tu siquidem in eo, tum instrumentorum pi- ctura, tũ demostrandi facilitate, viam ad hoc ipsum parasti. Enimuero quia ruditas atq; imperitia est

superbiæ mater, illi, cum hæc viderint, statim se fabros putabunt. Neq; id agent, vt discere prius, q̃ profiteri velint. Vti tu scilicet tali ingenio prædi-tus ac disciplina fecisti. Qui ex Barolo Apuliæ vrbe Romam profectus, ne verbum quidem hiscere ante ausus es, q̃ te mihi in amicitiam fidemq; credi disti, meq; plurima experiri in arte conspicatus es, ac summa pariter tum ingenii, tum manuum dexteritate es operatus. Qd' si inq̃ illi in hoc opus inuaserint, Quibus linguæ promptitudo pro sapientia est, quantam futuram putas perniciem hominum, Qui calculo male fracti sese eis crediderint? Nempe hi & scientię omnis & experimenti impotes, nõ nugis modo, sed prẽmii vilitate alliciunt. Cum æquum sit, vile esse, qd' nullius est prætii. Porro homines natura minimo mercari quærunt. Quare vt hic tuus liber pari sit in omnes libra, & ad iuuandum institutus, æque omnibus prosit, optandum est, aut vt illi quidem resipiscant a garrulitate & nugis, seq; ad disciplinam simul & seriam comparent, nec homines neci dare pro nihilo habeant, aut vt languentes ipsi non ita desipiãt, vt arcæ potius q̃ vitæ parcere velint, ac prætii vilitatem sectati sese ipsi perimant. Sed doctos & experientiæ compotes, qualis tu es, nulla non præmii & honoris mercede inuitent. Ita futurum videlicet arbitrari possumus, vt æternas laudes opusculum hoc mereatur, & gloriæ tibi comparet immortalitatem. Vale.

Impressum Venetiis per Petrum de Nicolinis da Sabio. Anno domini. M. D. XXXV. mense Aprillis.

INSTYTUT OSSOLINSKICH

D 499
a